6
4-d
26

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 B
54

6.4.d.26

EXERCITATIO
LINGVÆ LATINÆ
IOAN. LODOVICI VIVIS VALENTINI.

Acceſſerunt prӕterea annotationes in ſingula colloquia doctiſſimi viri Petri Mottӕ Complutenſis.

CVM INDICE LATINO Italico vocum difficiliorum.



VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.
M D LXXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

VIVES PHILIPPO CAROLI CAES. AVGV. F. HAEREDI OPTIMAM MENTEM.

LATINAE linguæ permagnæ ſunt & ad loquendum, & ad rectè ſentiendum vtilitates. eſt enim ea ueluttheſaurus quidam omnis eruditionis: quoniam magna & præſtantia ingenia Latino ſermone diſciplinas omnes conſcripſerunt: ad quas nemo poteſt peruenire, niſi per linguæ illius cognitionem. Quam ob cauſam non grauabor, inter maiorum ſtudiorum occupationes, hac quoque parte pueritiæ rudimenta adiuuare. Conſcripſi in vſum Latinæ linguæ primam loquendi exercitationem, quàm pueris, vt ſpero, conducibilem, tibi Principi puero viſum eſt dicare: cùm propter patris tui beneuolentiam erga me ſummam, tum quòd in animo tuo ad rectos mores formãdo optimè de Hiſpania, hoc eſt patria mea merebor, cuius ſalus ſita eſt in tua probitate ac ſapiẽtia. Sed hæc à Ioanne Martino Siliceo inſtitutore tuo & copioſius audies, & crebrius.

SVRRECTIO MATVTINA.

BEATRIX puella, EMANVEL, EVSEBIVS.

*IESVS Chriſtus exuſcitet vos à ſomno vitiorum. Heus pueri eſtis'ne hodie euigilaturi? Euſe. Neſcio quid incidit mihi in oculos ita videor eos habere plenos arenæ.
Beatr. Hæc eſt tua prima cantio matutina, & bene vetus. aperiam feneſtras haſce ambas, ligneã et vitream, vt feriat clarum mane veſtros amborum oculos. Surgite. Euſeb. Tam multo mane? Bea. Propior eſt meridies, quàm aurora. Vis tu Emanuel recentem ſubuculam? Eman. Nihil nunc eſt neceſſe, hæc eſt ſatis munda, cras ſumam alteram. Cedo mihi toracem. Beat. Quem? ſimplum, an diploidem? Eman. Quem voles, mea nihil refert. Porrige huc ſimplum, vt ſi ſim hodie luſurus pila, minus grauer. Bea. Hic eſt ſemper tuus mos, prius de luſu cogitas, quàm de ſchola. Eman. Quid tu dicis inepta? & ſchola ipſa vocatur ludus. Bea. Ego non intelligo veſtras grammaticationes & ſophiſmata. Eman. Da ligulas aſtrictorias coriaceas. Beat. Fractæ ſunt. accipe ſericas, & ſic iuſſit tuus pędagogus. Quid iam? vin' femoralia, & tibialia, quoniam eſt æſtus? Eman. Minimè verò. dato fœminicruralia: quæſo cõſtringe me. Beat. Quid tu habes brachia fœnea, aut butyracea? Ema. Non, ſed filo tenui conſuta. hui, qualia dediſti mihi aſtrigmenta exarmata, & lacera. Be. Memineris te heri alea perdidiſſe integra. Eman. Quiſcis? Beat. ego per rimulam oſtÿ obſeruabam te cum Guzmanulo ludentem. Eman. Amabo ne id pædagogus reſciat. Beat. Imò ego narra-*

Subuculæ eſt virilis camiſia. Diplois, de quauis re duplicata dicitur.

Ligulæ aſtrictoriæ, quibus veſtimenta ſtringunt. Fœminicruralia, nouũ, pro caligis. Exarmata, ſine ferris.

Obſtragulum, eſt corium calcei ſuperius.

Aciculam fibulæ, id eſt, quo corrigia affigitur.

Cinct. gallic. quo modo ſolent Galli ſe cīgere.

Vrceolus, .i. vas ex quo æqua funditum.

Pollubrū, patina in quàm funditur.

Epiſtomiū, eſt naſus gutti.

bam quùm primum appellaris me deformem, vt ſoles. Em. Quid ſi rapacē? Bea. Quiduis, modò ne deformem, Ema. Cedo calceos. Beat. Vtros? longo obſtragulo an breui? Em. Tectos propter lutum. Bea. Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatur puluis. Sed bene facis, nam in apertis cingulum eſt fractum, & fibula amiſſa. Em. Indue rogo. Be. Tu ipſe facito. Em. Non poſſum me flectere. Be. Tu quidem facile te curuares, deſidia verò tua difficile. an deglutiſti enſem, vt circulator ille nudiuſquartus? adeone es iam delicatus? quid facies grandior? Em. Aſtringe nodo laxo gemino, q̄d eſt elegātius. Be. Nihil minus ſolueret̄ nodus illico, & decideret tibi calceus è pedibus. præſtat vel gemino aſtricto, vel adſtricto & laxo. Sume tunicā manicatā, & cingulū texile. Em. Minimè id quidē, ſed coriaceū uenatorium. Be. Mater vetat. vis tu oīa arbitratu tuo facere? & tu heri fregiſti aciculam fibulæ. Em. Non poteram alioqui exfibulare. Da ergo illud puniceum ex lino. Be. Cape, cinge te cinctu Gallico. pecte caput prius redijs rarioribus, tum denſioribus. apta pileum vertici, ne in occipitium reijcias more tuo, aut in frōtem & oculos. Em. Prodeamus iam tandem. Bea. Quid illotos manibus, & facie? Ema. Iſta tua tam moleſta curioſitate taurum iam enecaſſes, nedum hominem. videris mihi non puerum veſtire,, ſed ſponſam. Bea. Euſebi, adfer pollubrum cum vrceolo. funde alius: ſtilla potius ex epiſtomio quàm profundas. elue ſordes iſtas ex nodis digitorum: ablue os, & gargariza: frica bene cilia, & palpebras, tum glandulas ſub auriculis duriter. cape linteum, exterge. Deum immortalem, de omnibus es ſigillatim admonendus, nihil'ne ipſe tua ſponte faceres? Em. Vah, nimium es importuna, & odio

ſa.

ſa.Be.Et tu nimium ſcitus puer,ac formoſulus. Deoſcu-
lare me,flecte iam genua,& ante hanc Seruatoris no-
ſtri imaginẽ recita precationẽ dominicã,et preces alias,
vt habes de more, antequam pedẽ ponas extra cubicu-
lum.Vide mi Emanuel,uti de re nulla alia cogites dum
oras.Mane pauliſper, appẽde ſudariolum hoc de zona,
ad nares emungẽdas et purgãdas. Em.Sum'ne ſatis ad
arbitrium tuum compoſitus? Be.Es Em.Ad meum mini
mè,quoniam iam tandem ad tuum auſim facere ſponſio
nem,me horam vnam veſtiendo conſumpſiſſe.Be.Quid
ſi vel duas?quò eras alioqui iturus?quid acturus?foſſu-
rus credo,aut araturus.Em.Quaſi deſit qđ agam. Be.O
magnum virum,vehemẽter in nihil agẽdo occupatum.
Ema.Non hinc abis cauillatrix? abi,aut ego te abigam
hoc calceo, aut calanticam tibi detraham de capite.

Facere ſpõſionem, deponere, certare pretio

Calantica, indumẽtũ eſt capitis muliebre.

PRIMA SALVTATIO.

Puer, Mater, Pater.

SAluus ſis mi pater ſalue mea matercula,precor vo
bis felicẽ hunc diẽ germanuli,propitium vobis opto
Chrm ſororculæ.Pat.Mi fili ſoſpitet te deus, euehat ad
ingẽtes virtutes. Ma.Seruet te Chriſtus mea lux.quid
agis mea dulcedo?quid vales?quomodo ac nocte quieui
ſti?Pu.Rectè valeo,& placidè dormiui.Mat.Chro gra
tia:proprium hoc velit tibi eſſe.Pu.Ad mediã tñ noctẽ
excitatus ſum è dolore capitis. Mat.Me perditã,& mi
ſerrimã,quid narras, qua parte capitis? Pu.Ad brech
ma.Ma.Quãdiu?Pu.Vix octaua parte horæ: poſtea re
dormij,nec ſẽſi amplius.Ma.Reſpiraui,nã exanimaras
me.Pu.Bene ſit tibi Iſabellula,para mihi iẽtaculũ.Ru
ſcio Ruſcio,huc caniculę feſtiuiſſime.en vt cauda adula
tur,vt ſe in poſteriores pedes erigit.qũo habes?qũo va-

les? Heus tu adſer panis buccẽ vnã aut alterã, quam ei dem⁹: videbis luſus ſcitiſſimos. Nõ eſuris? nihil'ne edi ſti hodie? profectò plus eſt in cane iſto intelligentiæ, q̃ in illo mulione craſſo. Pa. Tulliole mi lubet mihi tecũ pau liſper confabulari. Pu. Quid mi pater? nã nihil mihi accidere põt ſuaui⁹, q̃ te audire. Pa. Hic tu⁹ Ruſcio eſt bel lua, an homo? Pu. Bellua, vt credo. Pau. Quid tu habes cur ſis homo, nõ ille? tu edis, bibis, dormis, ambulas, curſitas, luſitas: hæc ille oĩa. Pu. Atqui ego ſum homo. Pa. Qũo id cognoſcis? Quid tu nunc habes plus q̃ canis? ſed hoc intereſt, ꝙ ille non poteſt homo fieri: tu potes ſi vis. Pu. Obſecro mi pater, effice id primo quoque tempore. Pa. Fiet, ſi eas quò eunt belluæ, redeunt hoĩes. Pu. Ibo pater multo libentiſſimè, ſed vbi ideſt? Pa. In ludo literario. Pu. Nulla eſt in me ad rem tantam mora. Pat. Nec in me Iſabellula, audin'? da huic ientaculum in ciſtella. Iſa. Ecquidnã? Pu. Fruſtum panis butyro illitum, vel ficos aridas, aut vuas paſſas pro obſonio, ſed inſolatas: nam alteræ illæ viſcoſæ inficiunt puerorum digitos, & veſtes. niſi malit ceraſa aliquot, vel pruna aurea, et oblonga. inſere brachiolum ciſtulæ, ne excidat.

Inſolatas ad ſolẽ exiccatas.

DEDVCATIO AD LVDVM.

Pater, Philoponus ludimagiſter.

SIgna te ſacro ſigno Crucis. Duc nos Ieſu Chriſte ſapientiſſime demẽtes, potentiſſime imbecilles. Quęſo mi propinq; tu q es verſatus in ſtudijs literarũ, ecquis eſt in hoc gymnaſio optim⁹ inſtitutor puerorum? Pa. Doctiſsimus quidẽ Varro: ſed diligẽtiſsimus, & vir probiſſimus Philoponus, nec eruditionis aſpernendæ. Habet Varro ſcholã frequentiſsimã, & domi numeroſum gregẽ cõtubernalium: Philoponus non vr̃ delectari turba, paucio-

paucioribus eſt cõtētus. Pa. Hunc malo. Ellum in porticu gymnaſij inambulantē. Fili, hoc eſt formatorium, & quaſi officina hoīum, & hic artifex formandi. Adſit tibi Chriſtus magiſter. Aperi caput puer, & flecte poplitē dextrũ, ſicuti es edoctus. ſta iam rectus. Phi. Proſperus ſit nobis oībus tuus aduentus, ecqd rei eſt? Pa. Hunc filiolum meum ad te adduco, ut ex bellua hoīem facias. Phi. Dabo in eã rem operam ſedulam. fiet, reuertetur ex pecude homo, ex neq̃, frugi & bonus. id verò ne dubitaueris. Pa. Quãti doces? Phi. Si puer bene proficiat, vili; ſin parum, caro. Pa. Acutè hoc dicis, & ſapiēter, vt omnia partiamur inter nos igitur hãc curã: tu vt ſedulò inſtituas, ego vt benignè compenſem tuam operam.

EVNTES AD LVDVM LITERARIVM.

Cirratus, Prætextatus, Vetula, Puella, Oſcularia.

Videt̃ tibi tēpus eundi ad ludũ? Præ. Planè tēpus eſt vt eamꝰ. Cir. Nõ ſatis teneo viã. credo eſſe in illo vico proximo. Præ. Quoties illuc itaſti. Cir. Ter, aut quater. Præ. Quando cœpiſti eo itare? Cir. Nudiuſtertius, vt puto, aut quartus. Præ. Quid igitur, an nõ id ſatis eſt ad noſcendã viam? Cir. Non etiã ſi eam centies. Tit. Ego verò vel ſi ſemel, nunquã deinceps aberrarē. Sed tu vadis inuitus, & ambulas luſitans, nec viã aſpicis, nec domos, nec vlla ſigna, quæ te poſtea admoneãt, quà ſit flectēdum, quæ via tenenda. ego hæc oīa obſeruo diligēter, qa lubēs eo. Cir. Puer hic habitat in proximo ſcholę. Heus tu Titiuillitium, quà itur ad ædes tuas? Tit. Quid vis? venis à matre tua? mater mea nõ eſt domi, ac ne ſoror qdē, ambæ ſunt profectæ ad Diuæ Annæ

Cir. Quid illic agitur? Tit. Heri fuerũt encænia: hodie inuitauit eas mulier quædã caſearia, ad edẽdũ lac coagulatũ. Cir. Et tu cur nõ es vnà profectus? Tit. Relictus ſum hic vt ſeruem domi, frater meus puerulus abductus eſt ab eis illuc. ſed pollicitæ ſunt mihi, ſe de reliquijs allaturas partes in quaſillo. Cir. Quin tu igitur manes domi? Tit. continuò reuertar, nunc prodeo luſum talis cũ filio huius cerdonis. vultis & vos venire? Cir. Eamus ſodes. Præ. Minimè uerò id quidẽ Cir. Quidni? Præ. Ne vapulemus. Cir. Ah, non meminerã. Tit. Nõ vapulabitis. Cir. Qui ſcis? Tit. Quia magiſter veſter pdidit heri ferulam. Cir. Hem quõ noſti? Tit. Hodie de domo noſtra audiebamus eius vociferationem, quærẽtis ferulã. Cir. Amabo ludamus parumper. Præ. Tu ludito, ſi vis. ego ibo ſolꝰ. Cir. Ne me apud pręceptorẽ quęſo deferas. dic me detineri domi à patre. Præ. Vis mẽtiri me? Cir. Quidni, propter ſodalem? Præ. Quia in templo audiui concinatorem affirmãtem, mendaces eſſe filios diaboli, veraces Dei. Cir. Diaboli uerò? Apage. Per ſignum ſanctæ Crucis, ab inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Præ. Non potes liberari, ſi ludas, quum eſt diſcendum. Cir. Eamus tu valeto. Tit. Hui pueri iſti nõ audent pauliſper ludere, alioqui cædendi. Præ. Ille eſt puer perditus, & euadet ſceleroſus uir. Sed quõ elapſus eſt nobis? nec rogauimus quà eſſet via ad ludum: reuocemus. Cir. Abeat in malam rem, nolo ſit mihi rurſum incitamento ad luſum, per contabimur ab hac vetula. Mater, noſti ne quà itur ad ſcholam Philoponi? Vetu. Iuxta eam ſcholã habitaui ego ſex annis, è regione peperi filiũ natu maximum, & filias duas. tranſite plateam hanc Villę raſę, inde eſt angiportus, tũ platea Domini Veterani:

hinc

hinc flectite ad dexſtram,tum ad ſiniſtram, ibi percon tamini,nõ procul abeſt ſchola. Cir. Vah,non poterimus omnia retinere. Vetu. Tereſula, deduc iſtos ad ludum Philoponi.nam mater huius eſt quæ dabat nobis linũ pe ctẽdum,& nendum. Ter. Quid malum Philoponi? quid hoĩs eſt hic Philoponus? quaſi ego norim,loqueris ne de illo, qui reſuit calceos iuxta cauponam viridem? an de præcone in uico Gigãtis,qui alit equos meritorios? Vet. Sat ſcio nunquàm tu noſti ea quæ ſunt opus, ſed ea quæ ad rẽ nihil faciũt. Inertiſſima, Philoponus eſt ludimagi ſter ille ſenex,procerus,luſcioſus,è cõſpectu ædium,quas olim habitauimus. Ter. Ah,iam redit in memoriã. Vet. In reditu tranſi p macellum,& eme acetarium,& ra-phanum,& ceraſa: cape fiſcellã. Cir. Duc nos etiam per forum olitorium. Ter. Hàc ibitis breuius. Cir. Nolimus iſtàc ire. Ter. Qui ſic? Cir. Quia momordit me illic canis ex domo piſtoris . quin & volumus te comitari ad forũ. Ter. Reuertẽs faciam inter per macellum: nam procul adhuc abſumus. & emam quæ ſum iuſſa, poſtquàm reli-quero vos in ludo. Cir. Nos cupimus uidere, quãti emes ceraſa. Ter. Numis ſenis emimus in libras ſingulas. ſed quid ad te? Cir. Quia ſoror iuſſit me hodie mane ſciſcita ri. & illic vetula quædam oluſcularia,de qua ſi emeris, ſcio eã & vẽdituram minoris quàm alias, & daturam nobis vel ceraſa aliqua, vel thyrſum lactucæ: nam filia eius miniſtrauit aliquandò matri, & ſorori meæ. Ter. Nè diſpẽdium hoc viæ cõſtet vobis flagris aliquot. Cir. Minimè verò: nam ſatis veniemus tpi. Ter. Eamus, tan tulum deambulauero, quæ miſera conſumor ſedendo do mi totos dies. Præ. Quid facis? an tm̃ ſedes otioſa? Ter. Otioſa verò? minimè certè id quidem, neo, conglobo, glomero,

glomero, texo. putas vetulã nr̃am paſſurã vt otier? feſtos dies execratur, in quibus eſt ceſſandũ. Pr. Feſti dies nũ non ſunt ſacri? q̃uo ergo execratur illa rem ſacram? vult'ne ipſa execrare, quod eſt ſacrũ conſtitutum? Ter. Cenſen' me didiciſſe geometriã: vt hęc poſſim vobis ediſſerere? Cir. Quid rei eſt geometria? Ter. Ego neſcio. nos habebamus vicinam, quæ vocabatur Geometra: hæc ſemper uel erat ipſa in tẽplo cũ presbyteris, vel presbyteri domi ei⁹ cũ illa. itaq; erat, vt ferebãt, ſapiẽtiſſima. Sed vẽtum eſt in forũ olitorũ, vbi eſt tãdẽ vr̃a vetula? Cir. Id ego circunſpiciebam. Sed eme ab hac ea lege, vt aliqd det nobis corollarij. Heus amita, puella hæc emet de te ceraſa, ſi aliquot nobis donaueris. Ol. Nihil mihi donatur, omnia vendũtur. Cirratus. Nec ſordes iſtæ donãtur tibi, quas habes in manibus & collo. Ol. Niſi procul hinc abis impudẽticule, has ſordes ſentiẽt genæ tuæ. Cir. Quomodo ſentient meæ genæ, quũ tu habeas in tuis manibus? Ol. Redde ceraſa furuncule. Cir. Summo exemplum, nam volo emere. Ol. Eme igiť. Cir. Si placuerint, quãti. Ol. Numo librã. Cir. Ah, acerba ſunt. tu anus venefica, vẽdis hic populo ceraſa ſtrangulatoria. Ter. Abeamus hinc ad ludũ. nam vos argutijs veſtris intricaretis me, & detineretis diu. Iam, vt puto, mea vetula furit domi ob moram meam. Hoc eſt oſtium, pulſate.

LECTIO.

Præceptor, Luſius, Aeſchines, pueri.

PRæ. Cape tabellã abecedariã manu ſiniſtra, & radium hunc, quo indices ſingula elemẽta. ſta rectus, pileũ pone ſub axilla, audi attẽtiſſimè quẽadmodum ego has literas noĩabo: ſpecta diligenter, quo geſtu oris. Vide

de vt eodē prorſum modo reddas, quum repoſcā. Sis me cum. Iam audiſti. Sequere nunc me ſigillatim præeuntem. Tenes probè? Luſ. Videor mihi ſic ſatis. Præ. Vnaquæque iſtarum vocat̃ litera. ex his quinq; ſunt vocales, A, E, I, O, V, quæ ſunt in vocabulo Hiſpano Oueia, quæ eſt ouis: memineris huius verbi. Hęc cum una qualibet, vel pluribus aliarū, ſyllabā efficit. ſine vocale, nō fit ſyllaba: & vocalis ipſa nō rarò eſt ſyllaba. Itaq; aliæ oēs conſonantes nominātur: quia per ſe nihil ſonāt, niſi adhibita vocali: habent enim ſonum quēdā imperfectū, & mancum, b, c, d, g, quæ ſine e, parum ſonant. Iam ex ſyllabis fiunt voces, ſeu verba: ex his ſermo, quo belluæ oēs carēt. nec tu à bellua differes, in probè ſermonem diſcas. Euigila, & naua ſedulā operam. Ito, ſede cum tuis condiſcipulis, & ediſce quæ præſcripſi. Luſ. Non ludimus hodie? Aeſ. Non, nam dies eſt operarius. Eho tu uenisse te huc arbitraris luſum? non eſt hic ludendi locus, ſed ſtudendi. Luſ. Cur ergo ludus nominatur? Aeſc. Nominatur quidem ludus, ſed literarius: quia literis eſt hic ludēdum, alibi pila, trocho, talis. & Græcè audiui appellari ſcholam, quaſi otium: ꝙ verum ſit otium, & animi quies, ętatem in ſtudijs agere. Sed ediſcamus, quæ iniunxit inſtitutor, ſummiſſo murmure, ne alij alijs ſimus impedimento. Luſ. Auunculus meus, qui aliquando dedit operam literis Bononiæ docuit me melius memoriæ infigi, quæ velis, ſi altius pronunties: idq́; confirmari autoritate neſcio cuius Plinij. Aeſch. Si quis ita velit ediſcere ſuas formulas in hortos ſecedat, aut in cęmiterium templi: ibi clamet licet, quoad excitet mortuos. Cotta. Pueri, hoccine eſt ediſcere? garrire, iurgari. agite, conuenite ad præceptorem omnes iuſſu eius.

Operarius quo eſt operandū, Cato.

REDITVS

REDITVS, DOMVM, ET LVSVS PVERILES.


Tulliolus, Corneliola, Scipio, Lentulus.

COr. Proſperè redieris Tulliole. libet pauliſper luſitare? Tul. Nondũ ſtatim. Cor. Quid habes negotij? Tul. Recolere, quæ magiſter vt memoriæ cõmendarem mãdauit. Cor. Quæ tandem? Tul. Aſpice. Cor. Hui, quæ notę ſunt iſtæ? credo eſſe formicas depictas. mea mater, quot formicas & culices adfert Tulliolus, pictos in tabella? Tul. Tace inſana, ſunt literæ. Cor. Qui vocatur hæc prima? Tul. A. Cor. Cur prima eſt magis A, quàm hæc altera? Mat. Cur tu es magis Corneliola, q̃ Tulliolus? Cor. Quia ſic vocor. Mat. Et illæ literæ ad eundem modum. Sed ito iam luſum, mi fili. Tul. Hic pono tabellam meam, & radium. ſi quis attigerit, vapulabit a matre: nonne mea matercula? Mat. Etiam mi fili. Tul. Scipio, Lentule, adeſte luſuri. Sci. Quam luſionẽ? Tul. Nucibus ludemus ad cõiectum ſcrobiculi. Len. Non habeo nuces niſi paucas, & eas quaſſas ac putres. Sci. Ludamus putaminibus nucum. Tul. Quid mihi ea proderũt etiam ſi lucrer viginti? nullus eſt intus nucleus, quem edam. Scip. Ego verò dum ludo, non comedo. ſi quid volo comedere, matrem adeo. Iſta nucum putamina ſunt apta ad extruendas formicis ædiculas. Lentu. Ludamus par impar aciculis. Tul. Adfer potius talos. Scip. Adfer Lentule. Lent. Ecce vobis tali. Tul. Quàm ſunt puluerulenti & immũdi, nec ſatis purgati a carne, & politi. Iacias. Sci. Pro primatu ludendi. Tul. Ego ſum primus. quid ludimus? Scip. Aſtrigmenta. Lentu. Ego nolo mea perdere, nam domi cæderer a pædagogo. Tulliol. Quid vis ergo

Pro primatu ludẽdi, quis ludet primus.

perdere,

pdere,ſi vinceris? Len.Talitra.Mat.Quæ eſt iſta humi abiectio? deterritis veſtes oẽs,et calceos, tũ loco ĩmũdiſſimo.quin verritis prius pauimẽtũ,& ſedetis? adfer ſcopas. Tul.Quæ erit igiĩ ſpõſio? Sci.Aciculæ in ſingula pũcta. Tul.Imò binæ.Len.Ego nõ habeo aciculas.deponã, ſi vultis pedunculos ceraſorum pro aciculis. Tul.Apage,ludamus ego & tu Scipio. Sci.Ego auſim forti meas aciculas credere.Tul.Da mihi talos in manũ,vt iaciam primus.en vici ſponſionem. Sci.Minimè verò,nam non ludebas ſeriò.Tul.Quis unquam ludit ſeriò,ſeu dicas album nigrũ? Sci.Cauillare quãtũ uoles,nõ auferes modò aciculas. Tul.Age, remitto tibi hãc manũ.ludamus iam pro premio,adſit dextera ſors.Sci.Victus es.Tul.Aufer to.Len.Cedo talos.Tul.In hunc iactũ oĩa.Len.Nõ recuſo.Puel.Ad cœnã pueri,nũquam'ne facturi eſtis ludendi finem. Tu nunc incipimus, iſta iam de fine loquitur. Corn.Ludi huius iam tædet, ludamus calculis diſcoloribus. Tul. Pinge tu nobis † vrbes in hoc latere, carbone, aut gypſo. Sci.Ego malo cœnare,q̃ ludere,et diſcedo, aciculis meis omnibꝰ exutus fraude veſtra. Tul. Memineris te heri Cethegũ ſpoliaſſe. Nullus vbiq; poteſt felici ludere dextra,Cor.Adfer queſo folia luſoria,quæ inuenies ſub abaco ad ſiniſtram. Sci. Aliàs id quidem,nunc non v icat. nam ſi diutius morer, timeo ne pædagogus meus iratus incœnem me mittat cubitum.Tu Corneliola,habe nobis parata folia iſthæc in craſtinum ſub horam veſperam. Co.Si licebit nobis per matrem. ſatius eſſet nũc ludere, dum ſinimur. Sci.Satius eſt nunc cœnare, dum accerſimur.



† Vrbes *Calculi ſunt duodeni,albi & nigri.* † Vrbes

mur. Puel. Et mihi nihil datis, quæ vos ſpectaui? Cor. Daremus, ſi indicaſſes. da tu nobis potius, quæ noſtris luſionibus te delectaſti. Puel. Heus pueri, quando eſtis venturi? Cœna eſt ſemicomeſa, propè eſt, ut ſublatis carnibus apponamus caſeum & poma.

REFECTIO SCOLASTICA.

Nepotulus, Piſo, Magiſter, Hyppodidaſcalus.

VIuitis'ne hic lautè. Pi. Quid iſtuc uerbi eſt? an lauamur? quotidie manus ac faciē, et quidē crebrò. mūdities. n. corpis et ſanitati et īgenio cōfert. Ne. Nō id quæro: ſed an edatis, et bibatis ex animi vr̄i ſententia? Pi. Nos nō edimus ex animi ſentētia, ſed ex palati ſentētia. Nep. Dico, an vt uultis? Pi. Maximè, nēpe cū fame, et q̄ vult edit: q̄ nō vult, abſtinet. Ne Surgitis a mēſa famelici? Pi. Non oīno faturi: nec expedit. bellua rū eſt enim expleri, nō hoīum. Regē quēdam ſapientiſſimū narrāt nunquā ſine appetitu accubuiſſe, nūquā ſurrexiſſe ſaturum. Nep. Quid editis? Pi. Quæ habemus. Nep. Putabā uos eſſe, quæ nō habeatis. Sed q̄ ſunt iſta, tādē quæ habetis. Pi. Moleſtū percontatorē: quæ dant. Nep. At quæ dant? Pi. Ientamur de mane ſeſquihora poſteaquàm ſurreximus. Nepo. Q̄n ſurgitis? Piſo. Ferè cum ſole, qui eſt dux Muſarum, & aurora gratiſſima Muſis. Silatum noſtrum eſt, fruſtum panis autopyri, & paulum butyri, aut fructuum aliquid, quales anni tempus ſuppeditat. Prandiū, olus coctiuū, vel pultes in pultarijs, aliqd pulmētarij carniū, rapę modò, modò braſſicæ, amydū, ſimilago, oriza: tū diebus piſculētis lac ſeroſum ī gabatis, è quo ſit butyrū expreſſū, iniectis aliquot turūdis panis. piſcis recens aliquis, ſi ſit in foro piſcario

Regē. Cyrum maiorem.

Silatū ientaculum.

Autopyri ex tota farina confecti ſine excretiōe furfurum.

pretij

pretij tolerabilis.ſin ſecus, ſalſamētū probè maceratū. hinc piſa,aut cicera,aut lētes,aut fabę,aut lupini.Ne. Quantū cuiq; ex his?Pi.Panis quātum auemus,obſoniorū quantū eſt ſatis,non ad explendū ſed ad alendū. Ampliſſimas epulas alibi quærito, nō in ſchola, vbi ad virtutem formātur animi.Nep.Quid bibitis? Pi.Alij frigidam,alij ceruiſiam tenuē,pauci et raro vinū,et bene dilutū.Merenda eſt,ſeu(ſi id mauis)anticœniū,aliquid panis;et amygdalarū,ſeu auellanarū,ficorū aridorum,vuarū paſſarū:aut ſi ſit æſtas,pyrorū,aut malorū, ceraſorum,aut prunorum.quū verò animi gr̄a rus proficiſcimur,tū edimus lac, vel liq̄dū vel coagulatū caſeū recētem,cremorē, lupinos lixiuio maceratos,pāpinos, & alia quæ villa ſuggerit.Cœnæ caput eſt, acetariū cōciſum ſale aſperſum,irroratū oleo oliuarū ex gutto,aceto,etiā infuſo.Nep.Quid?oleo nucū,aut raparum?Pi. Apage rem inſuauē, & inſalubrē. tum in lata paropſide aulicoctia veruicina iuſſulenta cū prunis paſſis, aut radiculis,aut herbulis,quæ ſint pro intrito.interdū tucetum,ſaporis ſcitiſſimi.Nep.Quo condimento?Pi.Fame,omniū optimo et ſapidiſſimo. hinc certis diebus hebdomadis aliquid aſſi,potiſſimū uitulinæ,hædinę interdū in vere.pro ſecū mēſa raphani ꝑ puſillū, et caſei nō putris,nec veteris,ſed recētis,ꝗ eſt q̄ uetus alibilior:pyra, mala ꝑſica,cidonia.Diebus,q̄bus carne fas nō eſt veſci, habemus pro carnibus oua aſſa,aut frixa,aut elixa,ſingula,ꝑ ſe,aut in libū cōmiſta in ſartagine,aceto,aut omphacio nō tā infuſo q̄ inſtillato : paululū interdū piſciū; & caſeo ſuccedūt nuces.Nep.Quātum cuiq;? Pi.Bina oua ſingulis,& binæ nuces.Nepot. Quid? à cœna nunquam'ne cōmeſſamini? Piſo.Sæpius. Nep.Quid quæſo? nam

Gabata, ſunt profundæ ſcutellæ.

Turūdæ , fruſta parua.

Aulicoctia,cocta in olla.

Iuſſulēta, cū ipſo iure.

Tucetum , eſt caro minutim conciſa,& ita elixa.

nã ideſt ſuauiſſimum.Pi.Conuiuiũ Syri apud Terentiũ, aut aliqd aliud ex illis lautiſſimis Athenæi,aut ſimiliũ, quorum meminerunt hiſtoriæ.Vtrum cenſes nos porcos eſſe,an hoĩes?q ventriculi,quæ valetudo ſufficeret,poſt quaternas refectiones comeſſari?heus tu,ſchola hęc eſt, nõ ſaginariũ. dicũt etiã nihil eſſe pernicioſius valetudini,q̃ bibere,quum ſtatum ſis iturus cubitum.Nep.Licebit'ne cœnæ ueſtrę intereſſe?Pi.Facilè,modo venia petita a præceptore, quamſcio illum daturũ nõ grauatè:nã ſolet alioq prauæ eſſe educatiõis, ĩgerere te cõuiuio magiſtro inſcio.& qui te adduceret,nihil aliud quàm probrum & pudorem cõtraheret apud condiſcipulos mane pauliſper Magiſter,licebit'ne cum bona tua venia,puerũ quendã mihi notum adhibere noſtræ cœnæ? Pr.Maximè,nõ erit moleſtus.Pi.Habeo gratiã.Hic quem vides geſtantẽ mantile pro focali,eſt architriclinus huius hebdomadæ,nam hebdomadarios habemus hic architriclinos,ut Reges.Arc.Lamia,quota eſt hora?La.Horas non audiui à tertia,intentus compoſitioni epiſtolæ. Florus melius id norit,qui toto hoc pomeridiano tempore librum nõ vidit,neq; chartã.Fl.Amicũ teſtimonium,& apud magiſtrũ iratũ valde vtile. Sed qui potuiſti tu id animaduertere,immerſus,vt ais,compoſitioni epiſtolari?planè maleuolẽtia te coegit mẽtiri.Gaudeo profectò, inimicũ meũ pro mẽdaci haberi.Si quid me poſthac voluerit calũniari,carebit fide.Arc.Nõ potero alicũde cognoſcere de hora?Anthrax,trãſcurre ad diui Petri,& inſpice horas.Ant.Index ſignat iam ſextã.Arc.Sextã verò?Eia pueri agite,eia conſurgite,abijcite libros:vel quò cerui cornua?parate mẽſas,inſternite, apponite ſcdilia,mãtilia,orbes,quadras,panẽ.dicto citiꝰ volate,ne

tardi-

tarditati noſtræ inſtitutor ſuccenſeat. Prome tu cerui ſiã, tu hauri aquã de ciſterna, appone ſcyphos. quid iſtuc rei eſt? tam obnubilatos adfers? refer in culinam, ut famula eos fricet, & extergat probè, quò ſint nitidi et fulgentes. Pi. Nunquam tu hoc perfeceris, quandiu ſimiã hãc habebimus miniſtrã culinariã. nunquã audet fortiter confricare quæ mundat, ita timet ſuis digitis: nec abluit, niſi ſemel, & tepida. Arc. Quin admones de eo præceptoré? Pi. Satius eſt queri apud famulã atriẽſem. nã in eius manu eſt, mutare famulas culinarias. Sed ec cũ præceptoré. Tu ipſe pluito hos calices, frica folio fici, uel urticis, arena, aqua, ne quid hodie habeat magiſter iure reprehendendũ. Mag. Sunt parata oĩa? eſt aliquid quod nos remoretur? Arc. Nihil oĩno. Mag. Ne poſtea facturi ſimus interualla magna inter miſſus. Arc. Miſſus vero? miſſũ potius dixeris, et eũ exiguum. Ma. Quid tu muſsitas? Arc. Dico, ut aſſideas, eſſe tẽpus, & propemodũ corrũpi cęnã. Mag. Pueri abluite oẽs manus, & os. Vah quod mantile? qui hic ſe extergunt, ubi mundantur? curre, adfer aliud purius. Sedeamus more ſolito. Eſt is puer conuiua noſter? Pi. Eſt here. Mag. Cuias eſt? Pi. Flãder. Ma. Ex qua urbe illius prouinciæ? Pi. Brugenſis. Ma. Recipe illũ ſupra te. Expediat quiſque cultellum ſuũ, & purget quiſq; ſuũ pané, ſi quid hæret uel cineris, uel carbonũ in cruſta. ſacret menſam, cuius eſt munus hac hebdomade. Florus. Paſce animos noſtros Chriſte charitate tua, qui benignitate tua alis uitas oĩum animantiũ: ſancta ſit Dñe hæc tua munera nobis ſumentibus, ut tu, qui ea largiris, ſanctus es. Amen. Mag. Sedete quantũ licet, laxè, ne cõprimatis mutuo: quãdoquidé eſt ſatis loci. Et tu habes cultellũ Brugẽſis?

Pi. Prodigium, Flander ſine cultello: & quidē Brugenſis, ubi cudunt optimi. Ne. Mihi uerò cultello nihil eſt opꝰ, dētibus frangā mordēdo, uel digitis buccellatim cōminuā. Hy. Ferunt illud de morſibus tum gingiuis, tum cādori dentiū eſſe perutile. Ma. Vbi fecisti latinæ linguæ tyrociniū? nā nō uideris mihi prauè inſtitutus. Ne. Brugis, ſub Io. Theodoro Neruio. Ma. Viro diligēti, docto, probo. Brugæ elegātiſſimæ, niſi ꝙ pereunt in dies uitio plebis profuſiſſimæ, dolendū ē. ꝙ pridē illinc uenisti? Ne. Nudiuſſextꝰ. Ma. Quàm nup cœpisti ſtudere? Ne. Abhinc annos tres. Ma. Nō pōt te profectꝰ pœnitere. Ne. Merito: nā & habui magr̄m non pœnitendū. Ma. Sed qd agit Viues noſter? Ne. Dicūt eū agere athletā, non tn̄ athleticè. Ma. Quid iſtuc rei eſt? Ne. Quia luctāt ſemper, ſed parum fortiter. Ma. Cū quo? Ne. Cum ſuo morbo articulari. Ma. O luctatorē doloſum, qui primum oīum inuadit pedes. Hy. Imò lictorē ſæuum, qui totum corpus cōſtringit. Sed tu quid agis? quid ceſſas? uideris huc ſpectatum veniſſe, nō cœnatum. Nemo vr̄m attingat pileum inter cœnandū, ne quis capillus inuolet in patinas. cur nō tractatis hoſpitem comiter? Ma. Nepotule, præbibo tibi. Ne. Præceptor, excipio aío libētiſſimo. Hy. Exinanias calicē tuum, qn̄quidē exiguus hauſtus reſtat. Ne. Hoc eſſet mihi nouū. Ma. Quid? nō exinanire? Sed tu Hypodidaſcale quid dicis? quid adfers noui ſuper cœnā? Hy. Ego uerò nihil dico, ſed hiſce duabus horis multa cogitaui de arte Grāmatica. Ma. Quæ tandē? Hy. recondita ſanè, et ex penetralibus diſciplinæ. primum, cur Grāmatici poſuerunt tria gn̄a in arte, quum ſit tm̄ duo in natura? aut cur natura nō producit res neutrius gn̄is, ſicut maſculini & fœminini? nō

poſſum

poſſum cauſam exculpere tanti myſterij. Deinde Philoſophi dicunt eſſe tantùm tria tẽpora, ars noſtra ponit quinque, ergo ars noſtra eſt extra rerum naturã. Ma. Imò tu ipſe es extra rerum naturã: nám ars in rerum natura eſt. Hy. Si ego ſum extra rerum naturã, qũo poſſum comedere hunc panẽ et has carnes, quæ ſunt in rerum natura? Ma. Tãto tu deterior, qui uenis ab altera rerũ natura, ut comedas, quę ſunt in hac noſtra. Hy. † παρáφθεγμα ἀπροσδιόνυσον. aliã ego uellem ſolutionẽ mearum qõnum. Vtinã haberemus nunc Palæmonẽ aliquem, aut Varronẽ, qui has qõnes poſſet profligare. Ma. Quin potius Ariſtotelẽ, aut Platonem? Habes ali quid aliud? Hy. Heri uidi ſcelus capitale admitti. Ludi magiſter uici Recti capro olidior, qui in phrontiſterio ſuo in pædore et fœtore docet auditores diabolarios, ter aut quater pronũciauit uolucres accẽtu in penultima. ego uerò miratꝰ ſum, terrã illi nõ dehiſcere. Ma. Quid aliud decebat talem ludimagiſtrũ dicere? & eſt alioqui in formulis Grãmaticis ualde detritus. Sed tu in re leui nimiũ tumultuaris, & facis Tragœdiã ex Comœdia, ſeu mimo uerius. Hy. Equidẽ abſolui penſum meũ: nunc tuæ ſunt partes. dic tu uiciſſim aliqd inter cœnã. Ma. Nolo. ne tu mihi uiciſſim † παραφθέγγῃς. Iuſſulenta hæc iam cõglaciant: adfer foculũ menſariũ. excalfacite aliquantulum, priusq̃ panem intingatis. Raphanus hic nõ eſt eſui, adeò eſt lentus: nec minus ſunt radiculæ iuſſulentæ. Hy. Lentorẽ profectò nõ à macello attulerũt, ſed hic contraxerũt in noſtro penore, qua cella nihil eſt penui incommodius. Neſcio quid iſtuc rei eſt, ſemper adferuntur huc oſſa emedullata. Mag. Parum habent oſſa medullarum ſub lunam ſilentem. Hy.

† .i. reſponſum alienũ à propoſito.

† .i. præter rem reſpõdeas.

Foculus mẽſarius, eſt calefactorũ menſæ aptum.

Sub lunã ſilentẽ prope nouilunium.

Quid quũ eſt plena? Ma. Plurimũ. Hyp. Tũ uero oſſa
ũra habẽt minimũ, ſeu nihil uerius. Mag. Nõ exorbet
nobis medullas luna, ſed nr̃a Lamia. nimis hic indidit
piperis, & gingiberis: & in iure hoc, & toto acetario,
nimiũ mẽtæ, petroſelini, ſaluię, erucæ, naſturcij, hyſſopi.
nihil puerorũ et adoleſcẽtiũ corpib⁹ æquè dãnoſum, ut
cibi q interiora feruefaciũt. Arc. Quib⁹ igiť ex herbis
uelles cõfici? Ma. Lactucis, bugloſſa hortẽſi, & portula
6 ca, & petroſelini aliqd admiſceri. Heus tu Gingolfe, ne
extergas labra manu aut manica, ſed ſimul ipſa, ſimul
manũ mãtili: nã iõ tibi dať. Carnes ne attingas, niſi ab
ea pte, quã tibi es ſumpturus. Tu Dromo nõ animaduer
tis te manicas tuas inficere pingui carniũ? reduci eas, ſi
ſunt aptæ, ad humeros, ſi nõ ſunt, corruga, uel complica
ad cubitũ. q ſi relabũtur, affige acicula, ſed qđ magis te
decet, ſpina. Tu dominaſter delicatule, ĩ mẽsã incũbis?
ubi id didiciſti? in hara quapiã. heus ſubijcite ei⁹ cubito
puluillũ. Architricline, uide ne analecta hęc pereãt, re
cõde in prõptuariũ. tolle primũ oĩum ſalinũ, hinc panẽ,
tũ lãces, diſcos mãtilia, poſtremò mappã. mũdet qſq; ſu
um cultellũ, et reponat in uaginã. Heus tu Cinciole, ne
ſcalpas dẽtes ſcalpello, nã ẽ noxiũ cõficito tibi dẽti ſcal
piũ pẽnula, uel bacillo tenui acuminato: et ſcalpe modi
cè, ne gingiuas ſcarifices, et ſanguinẽ elicias. Cõſurgite,
& abluite manus, prius q̃ recitetur gratiarũ actio. A-
moue menſam, uoca miniſtrã, ut pauimentũ hoc ſcopis
7 uerrat. Agamus Chriſto gratias: præeat uerba, qui ſa-
crauit mẽſam. Fl. Pro cibo temporario gratias agimus
Chriſte domine, temporarias, fac ut pro immortalitate
agamus æternas. Amen. Ma. Ite luſum, & confabula
tum, et deambulatũ, quò libuerit, dum licet per lucem.

Analecta, reliqua quæ colliguntur.

GARIENTES.

Nugo, Gracculus, Turdus.

NVGO. Aſſideamus in hac trabe: tu Graccule è cõſpectu in ſaxo illo modò ne impedimẽto ſis quò minꝰ cernamus prætereũtes applicemus nos ad hũc pa rietẽ, egregiè ſoli oſtẽtũ. Quàm grãdis trũcus, & cui uſui? Tur. Vt nos hic ſedeamus. Nu. Oportet fuiſſe proce riſſimã et latã arborẽ, ui eſt ſumptus. Tur. Quales sũt in India. Gra. Qui ſcis? fuiſti tu in India cum Hiſpanis? Tur. Quaſi ſcire aliqd de regione quapiã nõ poßis, niſi in ea fueris. ſed dabo tibi autorẽ meũ. Plin. ſcribit, ĩ India creſcere ad eã alitudinẽ, quæ nõ poſſit iaculo ſuperari: & gẽs illa quidẽ ſumptis non tarda pharetris, ut ait Vergil. Nu. Scribit etiã Plin. turmam equitũ cõdi ſub ramis. Tur. Nemo id miretur, ꝗ ſcirpos illius regionis cõſideret, quibꝰ infirmi fulciũt gradũ, diuites dũtaxat. Gr. Heus quota eſt hora? Nu. Nulla. nã horarũ tintinnabulũ nunc funditur: adfuiſti. Gr. Nõ ſum auſus. nã aiũt rẽ eſſe periculoſam. Nu. Ego interfui, & uidi innumeras mulieres pregnãtes trãſilire canalẽ fuſionis, qui eſt ſub terram cõditus. Tur. Audiui hoc illis eſſe ſalutare. Gr. Ea eſt colus philoſophia, ut dñt. ſed de hora quærebã. Nu. Quid tibi opus eſt hora, ſi quid uis agere? dũ eſt opportunitas, eſt hora. Sed ubi eſt horologiũ tuũ uiatoriũ? Gr. Excidit mihi nuper, quũ fugerẽ canẽ olitoris, poſt decerpta pruna. Tur. Ego te currentẽ uidi de feneſtra, ſed quò te recepiſſes, ſpectare non potui, quia impedimento mihi erat hortus penſilis, quem ibi mater affixit patre inuito, et multũ reclamãte; mater uerò in propoſito cõſtãs obtinuit, ne tolleretur. Nugo. Quid tu? tacebas? Tur. Flebã tacitus. qd. n. aliud agerẽ, diſſentiẽtibus

bus mihi chariſſimis capitibus? tametſi mater iubebat me ab ſe ſtare, & clamare ſtrenuè, ſed mihi non erat cordi quicquã aduerſus patrẽ mutire. Ego miſſus ſum ad ſcholã, quatuor cõtinuis diebus inientatus à matre irata, & deierante me nõ eſſe ex ſe natũ, ſed cõmutatũ à nutrice, de quo ait dicturã ſe nutrici diẽ apud Prętorẽ capitalẽ. Nu. Quid rei eſt prætor capitalis? an nõ ꝑtor oĩs habet caput? Tur. Quid ego ſcio? ſic illa dixit. Gr. Hem, qui ſunt iſti penulati & ocreati? Nug. Galli ſunt. Grac. quid? eſt ne pax? Tur. Bellũ narrabant futurũ, et quidẽ atrox. Gr. Quid adferunt? Tur. Vinũ. Nu. Exhilarabũt multos. Gr. Scilicet nõ ſolum uinũ exhilarat, ſed uini mẽtio et recordatio. Nu. Vinoſos utique: mea nihil refert, qui aquã bibo. Grac. Nunquã facies bonũ carmen. Tur. Noſti illã mulierem? Gr. Nõ, quænã eſt? Tur. Aures habet goſſipio obturatas. Gr. Quid ita? Tur. Nequid audiat, quia malè audit. Nu. Quàm multæ peſſimè audiunt auribus patẽtibus, et bene perforatis. Tur. Credo huc pertinere, quod eſt apud Ciceronem in Tuſculanis qõnibus: Surdaſter erat M. Craſſus, ſed illud peius, quòd malè audiebat. Nu. Non dubium eſt quin hoc ad infamiã ſit referendũ. Sed heus tu Bambalio, inueniſti tuas Tuſculanas qõnes? Bam. Etiã, apud propolam: adeò interpolatas, ut non agnoſcerem. Nu. Quis ſurripuerat? Bam. Vatini, quod illi male ſit. Gr. Vah hoĩem manibus aduncis & picatiſſimis: ne admittas eum unquã ad tuas capſas, nec ad ſcrinia ſi uis omnia eſſe ſalua. Neſcis illum crumeniſecam exiſtimari apud hoĩbus, & de crumeniſecio accuſatum apud gymnaſiarcam? Nu. Soror puellæ illius enixa eſt heri gemellos. Gra. Quid mirũ? Mulier quædã uia ſalaria ad*

Leonē galeatū,peperit nudiuſſextus ter geminos.Nu. Plinius dicit,ad ſeptimū poſſe procedi Tur.Quis vĩm audiuit de uxore Comitis Batauiæ? q̃ ferunt uno partu tot edidiſſe,quot ſunt in anno dies,ex ĩprecatione mēdicæ cuiuſdā.Gr.Quid iſthuc fuit de mēdica?Tur. Mēdica hæc liberis onuſta. petijt ab hac Comite ſtipē, illa ubi cōſpexit tot pueros,cōuitio illā abegit,ſcortū vocitās.negabat.n.poſſe fieri,ut ex uno uiro tantā ſobolem ſuſcepiſſet. Innocēs mendica precata eſt diuos,ut ſi ſe caſtā & purā ſcirent, darent Comiti ex marito ſuo tot fœtus uno cōceptu,quot ſunt in anno dies. & ita cōtingit, oſtenditq; propago numeroſa illa in oppido quodā illius inſulæ. Gr.Malo credere, q̃ exquirere. Nu. Oĩa ſunt Deo poſſibilia.Gr.Imò uerò facillima.Nu.Nō noſti illū onuſtum retibus,comitatū canibus,cū cauſia et peronibus,uehentē cantherio ſtrigoſiſsimo?Tur.Eſt ne Mannius uerſificator?Nu.Eſt planè.Tur.Quænā tanta metamorphoſis? Nu.Ex Minerua tranſiit ad Dianā.i.ab honeſtiſſima occupatione ad inanē & ſtultum laborē. Pater eius mercimonijs faciundis auxerat rē. hic paternam artē dedecori ſibi eſſe ducit, uertit ſe ad alendos equos & uenationē, nō aliter ratus poſſe nobilitatem gn̄is uenari.Nā ſi quid ageret utile, non haberetur pro nobili. Sequitur eū uenantem talis Curius, pereruditus homo,aleator famoſiſsimus, & qui probè nouit taxillos mittere cōpoſitos.domi habet ſodalē Tricongiū.Tur.Imò amphorā.Gr. Imò ſpongiā. Nu. Imò arenam Africæ aridiſſimā.Bam.Aiunt illū ſemper ſitire.Nu.An ſitiat neſcio,ſemp certè paratus eſt potare. Bam. Auſculta luſciniolā illam. Gr. Vbinam eſt? Bam.Non uides eā in ramo illo ſedentem? uide,ut canit

Cauſia, eſt pileus aduerſus æſtum.

Cōpoſitos, ita ut cedant ut ipſe vult.

nit ardenter, nec intermittit. Nu. Flet philomela nephas. Gr. Quid mirũ dulciter eã garrire, q̃ ſit Attica? ubi etiã fluctus maris nõ ſine numero allidũtur littori. Nu. Plin. ſcribit, eã præſentibus hoĩbus, diutius, & accuratius cãtare. Tur. Quid cauſæ eſt? Nu. Ego tibi cauſam aperiam Cuculus & Philomela eodẽ cantant tp̄e, uerno ſcilicet ab Aprili medio ad Maiũ exactũ, aut eò circiter. Hæ duæ aues in cõtentionẽ uenerunt, de ſuauitate cõcẽtus. quæſitus eſt iudex: et quia de ſono erat certamẽ, aptiſſimus uiſus eſt ad eã cognitionem aſinus, qui præter cæteras aĩantes grãdes haberet auriculas Aſinus repudiata luſcinia, cuiꝰ ſe harmoniã negaret intelligere uictoriã cuculo adiudicauit. philomela ad hominẽ appellauit. quẽ ubi uidet, agit ſtatim cãm ſuã, canit diligẽter, ut ſe illi approbet ad uindicãdã iniuriã ab aſino acceptã. Gr. Habeo cãm poeta dignã. Nu. Quid ergo? expectabas Philoſopho dignã? poſce à nouis illis magiſtris Pariſiẽſibus. Gr. Pleriq; illorũ ueſtibus ſunt philoſophi, non cerebro. Nu. Quid ita ueſtibus? nã coquos potius dixeris, aut muliones. Gr. Quia geſtãt eas craſſas, detritas, laceras, lutulẽtas, immundas, pediculoſas. Nu. Erũt ergo philoſophi Cynici. Gr. Imò cimici: nõ, q̃d uideri affectant, peripatetici. quippe Ariſtotelis ſectæ princeps cultiſſimus fuit: ego uero lõgum uale dico iam nunc philoſophiæ, ſi aliter non poſſum eſſe philoſophus. Quid. n. pulchrius, et hoĩe dignius, q̃ mũdities, et ciuilis qdã cultus in uictu & ueſtitu? ea in re anteſtãt mea ſententia Louanienſes Pariſienſibus. Tur. Quid tu? nõ putas eſſe impedimẽto ſtudijs nimiam curã munditię atq; elegantiarum? Gr. Ego quidem munditiem probo, anxiam & moroſam illius curam improbo. Nu. Damnas

tu

tu elegãtias? de quibus ſcripſit Valla tã diffusè, quasq; adeò diligenter cõmendant nobis nři præceptores? Gr. Alia eſt uerborũ in loquẽdo elegantia, alia rerũ in ueſtiẽdo. Tur. Scitis quid eſt mihi narratũ à tabellario Louanienſi. Nu. Quid tandẽ? Tur. Clodiũ ardere perditè in puellam quãdam, & Luſconem trãſtuliſſe ſe ad mercaturam à literis: hoc eſt, ab equis ad aſinos. Nu. Quid audio? Tur. Clodium noratis omnes ſucci plenũ, rubicũdulum, bene habitum, hilarem, uultu renidẽti, comẽ, feſtiuum cõfabulatorẽ: nunc refert ille, eſſe exuccũ, exanguem, pallido colore, atq; adeò lurido, imbecillũ, horridũ, trucem, taciturnũ, fugitãtem lucis, & humani conſortij. nemo qui illũ uidiſſet prius, iam agnoſceret. Nu. O miſerũ adoleſcentem. unde id mali? Tur. Ex amore. Nu. At unde amor? Tur. Quantũ ex oratione tabellarij potui colligere, reliquerat ſeria et ſolida ſtudia, dederat ſeſe cunctũ poetis laſciuis, Latinis, & linguæ uulgari. inde prima animi præparatio: ut ſi qua ignis ſcintilla in illum incideret fomitẽ, quantũlibet exigua, ſubitò inflãmaretur uelut ſtupa. Tradiderat ſe ſomno & otio. Nugo. Quid neceſſe habes plures aut maiores cãs amandi cõmemorare? Tur. Nunc inſanit, ambulat plerunq; ſolus: ſemper aũt uel tacitus, uel cãtillãs aliquid et modulãs, ſcribit uerſus ſermone uernaculo. Nu. Scilicet quos legat ipſa Lycoris. Gr. O Chriſte auerte ab animis nřis tã pernicioſum morbũ. Turd. Niſi me ingeniũ Clodij fallit, recipiet ſe aliquãdo ille ad frugẽ meliorẽ: peregrinat aĩus eius in nequitia, nõ habitat. Gr. Et ille alter quas mercaturas exercet? Tur. Miſit ad patrẽ epiſtolã, flebiliter cõſcriptã de miſera cõditione ſtudiorũ, quã, quòd eſſet aptilis, legit ipſe tabellarius. Pr hã

craſſæ

Apertilis, quæ aperiri poſſit in tegre.

craſſæ Mineruæ, transdidit eũ à chartis ad lanas, pau nos, glaſtũ, piper, gingiber, cinnamũ. Nũc ille ſuccinct᷒ braccha, mirè diligẽs et ſedulus ĩ aromataria taberna, vocat aduẽtores, excipit blandus, ſcãdit, deſcẽdit ꝑ ſca las infeſtiſſimas, profert ſuas merces, vertit, inuertit, mẽtitur, peierat: oĩa ſunt illi leuiora, q̃ ſtudere. Nu. A puero noui illum attentũ ad rem, et delectari numulis. Itaq; potiorẽ habuit numationẽ q̃ litteraturã, & uile lucrũ antepoſuit excellẽtiæ eruditionis, aliquãdo pęnitebit eũ. Tur. Sed ſerò. Nu. Indubiè prouideat, ne acci dat ſibi, quod ſuo cõſobrino, Tur. Cui? Nu. Antronio in angiportu pomorũ, ad tres gracculos. Non audiſti illũ ſuꝑiore anno decoxiſſe? Gr. Quid decoxit quęſo? eſt'ne hoc tm̃ malum? an non quotidie id fit in culinis oĩbus?

† Conturbauit rõnes. ſ. nolens ſoluere creditoribus.

Tur. Decoxit rem. Gr. Quã rẽ? Tur. Alienã, & † conturbauit. Gra. Nihil'ne reddidit creditoribus? Tur. Ex cõpactione, nam receperat ſe in aſylum, vncias ternas ex libris ſingulis. Gr. Hoc vocas tu decoquere? quũ nihil ſit crudius. ſed qũo amiſit? Tur. Audiui equidem nu per de patre, non ſatis tñ intellexi, narrabat pater eũ feciſſe verſuras dãnoſiſſimas, quæ degluberunt eum, et deuorarunt vſq; ad oſſa. Gr. Quid rei eſt verſura? quid deglubere? Tur. Ne ego quidẽ noui, credo eſſe aliquid de furibus. Nu. Vides illum obeſum? quẽ putes vix ſe poſſe cõmouere, petauriſta eſt, et funãbulus. Gr. Ah ta ce, rẽ narras incredibilẽ. Tur. Nõ ipſe quidẽ ſuo corpo re, ſed calicibus. Gra. Adferebat aliquid aliud noui ta bellarius de noſtris ſodalib᷒? Tur. Etiã de Hermogene, qui in omni nr̃o certamine ſemꝑ ferebat primas. is ad mirabili mutatione ex ingenioſiſſimo, et (ut ætas illius ferebat) doctiſſimo, repẽte factus eſt tardiſſimus et rudiſſimus.

diſsimus.Nu.Tale quiddā ſępe vidi accidere in quibuſ dā acutulis.Bam.Aiunt id fieri, quū ingenij acumē nō eſt ſolidū:ut in ſcalpellis, quorū acies facilè retūditur, præſertim ſi quid ſecet paulò durius.Gr.Quid,eſtne acies in ingenio,ſicut in ferro?Bam. Neſcio : ferrū ſæpe vidi,ingenium nunq̄ uidi.Nu.Quid factū eſt adoleſcēti illi pagano , q ſuperiore menſe exhibuit nobis prandiū aduentorium,refertū delicijs ruſticis,ad quē à fuga re trahendum præceptor miſerat quatuor fugitiuarios?et erat formoſulus.Tu.Venuſtus aſin⁹. Puella amanuēſis amitæ meæ,quæ puella eſt illi ſoror patruelis, cōuenit illū nuper in pago ſuo,nudo capite,impexum, horridū, ſentū,cum Gallicis,& tunica uilloſa leuidēſa,uēdentē in triuio quodā chartaceas imagines,et tabellas clemē tarias,cātantē cātiones nouas in circulis. Gr. Oportet illum eſſe ortū claro ſanguine.Tur.Qui iſthuc?Gr.Q̄m pater eius eſt de gn̄e Coclitum.Nu.Nō tā id arguit no bilē virum,q̄ bonum ioculatorē,collimabit facile. Tur. Aut fabrum tignariū,q oculò rubricā dirigit uno.Nu. Nunquā placuit mihi ille puer,nec dederat mihi ſigni ficationē aliquā uirtutis.Gr.Quid ita? Nu.Quia nec amabat ſtudia,nec præceptorē reuerebat,quod eſt ꝑdi ti animi argm̄ euidētiſſimum:& ſenes irridebat, et ca lamitoſos ſubſannabat.Sed quis eſt iſte ſericatus, torquatus,bracteat⁹ auro? Gr.Ex gn̄e clariſſimo,matrem hēt nobiliſſimā & fœcundiſſimā.Nu.Quā.Gr. Terrā. et uix credas quas ſemꝑ faciat delicias.dicas puerulū in cunis adhuc et crepundijs uagiētē.Nu. Atqui lanu go illi incipit iam ꝑ malas ſerpere. Ba. Hē obſeruator uenit,expedite libros,explicate,incipite euoluere.Gr. Nec fuit his multis hebdomadib⁹ obſeruator magis cu rioſus,

Prādium aduentorium, pro ſuo felici aduentu.

Fugitiuarij,qui retrahūt ſeruos a fuga.

Amanuēſis,quā he ra hēt ſemꝑ ſibi paratam ad manum.

Gallicæ, ſocci lignei

Villoſa leuidenſa , craſſa,qualis eſt Friſia.

Collimabit, attinget ſcopū.

rioſus, & qui tã gauderet deferẽdis ad magiſtrũ crimi nibus. Bam. Vtinã ſaltẽ nos ueræ culpæ reos ageret ſed calumniatur plerunque. Nu. Hic murus aheneus eſto, Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa, ſed quieſcite, ego illũ ſtatim hinc fugabo. Obſ. Quid tu dicis Vacia? Nu. Quid tu Vatrax? Obſ. Quid tu Vatrachomyomachia? ſed ioco amoto, quid hic agitur? Nu. Quid agere tur? quod inter bonos ſcholaſticos, & ſtudioſos: legitur, ediſcitur, diſputatur. Dic ſodes, capitulum lepidiſsimũ, quid eſt apud Vergilium, trãſuerſa tuentibus hirquis? Obſ. Bene facitis. pergite ſtudere, ut bonæ indolis adoleſcentes decet mihi aliud nũc eſt negotij, uos ualebitis. Nu. Satis nugatũ eſt, reuertamur ad ludum, ſed prius relegamus, quæ prçceptor explicauit, tum ut diſcamus, tum ut illi placeamus, et nos approbemus; quod cuique noſtrum debet eſſe in uotis, non minus quàm patri.

ITER ET EQVVS.

Miſippus, Philippus, Miſoſpudus, Planetes.

PHI. Vultiſne proficiſcamur animi gratia Boloniã, q eſt ad Sequanã? Miſi. et Miſo. Nihil malumus, die præſertim ſereno, & à uẽtis ſilenti; tũ etiam in nro pedagogio feriato. Phi. Cur nõ eſt uobis oparius? Miſo. Quia Pãdulphus madefacturus eſt hodie ingẽti prandio magiſtros oẽs, in honorẽ laureç ſuæ magiſtralis. Pl. Vah, quatũ potabitur. Miſo. Multò plus ſitietur Miſi. Ego habeo aſturconẽ. Ph. Et ego equũ meritorium, con ductum de luſco impoſtore. Miſo. Ego et Planetes uehemur rheda: reliqui, ſi uidetur, uel pedeſtres ſequentur nos, uel ui brachiorũ agẽt cymbã cõtra curſum amnis. Pla. Imò equis trahet. Miſo. Vt erit cordi. nã nobis pedeſtre iter magis placet. Ph. Eia puer frçna equũ meũ,

Pedeſtre, id eſt quod terreſtre.

*& inſterne. Quid, malum, manno indis lupatum? orna
potius frænulo illo læui cum bullis. Pu. Hui, nec oreã ha
bet, nec aureas. Ph. Si ſcirẽ quis fregiſſet, ego illi frãge
rẽ. Miſi. Quid tu nunc dices cõcitatus? Ph. Panẽ in cœ
na. Accipe, unde poteris, accõmodatò. Pu. Scilicet ĩ me
dijs pædagogijs quæris tu uel equos, uel equorũ ornamẽ
ta. Phi. Supple igitur quæ deſunt, ex hac fune. Pu. Erit
deforme. Phi. Abi inſane quis uidebit extra urbẽ? Pu.
Antilena eſt diſſuta. Phi. Sarcias ligula aſtrictoria ali
qua Pu. Non habet poſtilenã. Phi. Nec eſt opus. Pla.
Magnũ equitem, & exercitatũ. delabetur ephippiũ ad
collũ, & effundet te equus ſupra caput. Phi. Quid ad
me? lutoſa eſt magis uia, q̃ lapidoſa: inficiar cœno, nõ cru
entabor. Sed ſi hæc oĩa apparanda, nõ hinc diſcedemus
ante ueſperum. adhuc equum qualicunque ornatu. Pu.
Paratus eſt, conſcende. ah quid agis? pedem dextrũ po
nis priorem in ſtapeda. Phi. Vtrum ergo. Pu. Siniſtrũ,
et habenas ſiniſtra manu rege: dextra cape hãc uirgu
lam, quę erit pro calcaribus Phi. Non indigeo, calcanei
erunt mihi uice calcariũ. Pu. Iubellium Taureã uide-
tis, aut qui cum hoc eſt congreſſus, Aſellã. Phi. Apage 2
hiſtorias in ꝓcinctu ubi reliqui? Pu. Ite, ego comitabor
uos pedeſter. Miſi. O equũ moleſtißimũ ſuccuſſatorem.
oſſa mihi omnia contuderit, priuſquam perueniamus in
oppidulum. Phi. Quid malum, eſt ſtratũ iſtud tuum? cli 3
tella eſt, ut puto. Miſi. Paulò minus. Ph. Quãti, quãti?
Miſi. Numis Turonenſibus quatuordecim. Ph. Equum
ipſum cum ſuo uictu, et ueſtitu tãti nõ emerim. nec ui-
detur mihi equus uector, nec ephippiarius, ſed iumentũ
clitellariũ et iugale; aut doſſuale. animaduerte quæſo,
ut paßim ceſpitat? uel in chartã, aut latũ culmum im-
pingeret.*

Orea, corrigia quæ eſt ſub ore

Aureæ corigia ad aures.

Antilena, eſt lorum ante pectus.

Poſtilena, lorum ab ſtrato ad caudã

pingeret. Miſ. Quid tu de eo dicis? pull' eſt adhuc. Sed garrias, quæ uoles: uides tu hunc equũ? is qualis qualis eſt, me uehet, aut ego illum. Pu. Vngulã habet tenerrimã miſer. Phi. Quid admonuit te tã accuratè unoculus, quum tibi eum inſterneret? Miſ. Rogauit uerbis amãtiſſimis, ne duo inſideremus equo, alter in ſtrato, alter ſup clunes, et ut in equili diligẽter ei ſubſternerem. Pu. Nimirum eget miſellus, qui latera hẽt nudata carne. Phi. Quid agitis uos? nõ aſcenditis in rhedam? Pla. Probè mones. rhedarius petit nunc altero tanto plus, q̃ quanti eramus pacti. Phi. Cum rhedarijs eſt uobis res, & cum nauiculatoribus. facilè cõficietis oĩa, & ex animi ſententia. genus hoĩum eſt mite, manſuetum, come, vrbanum, pium. Rhedarij ſunt fæx terræ, nauiculatores fæx maris. date illi dimidium ei', quod plus poſcit. Pu. Quotã eſſe iam horã cenſetis? Phi. Ex ſole conijcio eſſe vltra decimã. Pu. Appetit iã meridies. Ph. Itane? heus Miſippe, eamus: ſequatur qui poterit. Inuenient nos ad galerum purpureum. ea eſt taberna diuerſoria, ſita cõtra regiã pyramidẽ, non procul à domo Curionis. Miſ. Quà egrediemur? Phi. Per portã Marcellinã, ad dextrã ſimplici uia et directa. Miſ. Imò teneamus hãc ſemitã, uia iucunda & placida. Phi. Minimè uerò: nihil cõmodius ac tutius, q̃ uia regia. nã tranſuerſis itineribus amittemus comites; præſertim quòd trames ille, niſi me fallit memoria, eſt valde ſinuoſus, et ambagioſus. Miſ. Qui ſunt iſti haſtati? uidentur milites ex iſtis mercenarijs. Ph. Quid agendum? Miſ. Reuertamur, ne nos ſpolient. Ph. Progrediamur: nam facilè euademus eos, curſu equorum p cãpos. Miſ. Quid ſi geſtẽt tormenta manuaria? Phi. Nihil tale cerno, ſed ſolas ſariſſas.

Subſternerem, paleã ad cubandum.

Curio, eſt ſacerdos, qui præeſt parœciæ, curatus vulgò.

Tormenta manuaria quas ſclopetas vocant.

Miſip,

Miſ. Accede propius puer. Pu. Quid rei eſt? Miſ. Nõ tu uides illos Germanos? P. Quos? Miſ. Illos huc uenientes aduerſum nos. Pu. Planè ſunt Germani, ſed Pariſienſes, ruſtici duo cum ſuis baculis. Mi. Profectò ita eſt: bñ ſit tibi, aĩam mihi et uitã reddidiſti. Sed ubi Miſoſpud⁹ & Planetes? Pu. Rhedarius iratus, ꝙ nõ quantũ poſtulauerit accipiat, duxit eos uia ſalebroſa: equi dum magna enitunt̃ vt rotas in alto cœno hærẽtes extrahere, temonẽ et helcia cõfregerunt, tũ canthi reuulſi ſunt cũ clauis, et ipſe rotã ſufflãminauerat imprudẽs, bili excæcat⁹: nunc ea reficit ſtomachabundus, et cõuitiãs diuis oĩb⁹; uectores quoq; diris deuouẽs atrociſſimis. Ph. Quę capiti illi⁹ ſint. Pu. Puto eos rheda relicta trãſituros ĩ ſarracũ, qđ ſine onere hẽt iter Boloniã. Glaucus et Diomedes ingreſſi erãt in ſcaphã quandã, ſed nautæ negãt ſe hoc uẽto poſſe remis aut cõtis agere nauigium. equos helciarios narrãt oẽs eẽ occupatos, neſcio qua materia uehẽda: ita nondũ religarãt prymneſiũ. Ph. De naulo nihil noui? Pl. Nihil prorſus. Ph. Mirũ eſt, ſed cõijcio qđ futurũ ſit. nõ peruenĩet illi Boloniã añ ſerũ diei. Miſi Quid tũ? ſumem⁹ diẽ craſtinũ totũ, ad reficiẽdũ aĩum. Aſpice ut fluuiolus ille leniter labit̃. aquæ planè cryſtallinæ inter ſcrupos aureos. ꝙ iucundũ murmur. Audis luſciniolã, et carduelẽ? Profectò territoriũ hoc Pariſienſe amœniſſimũ eſt. Ph. Quod ſpectaculum põt eſſe huic par? ꝙ placido agmine fluit Sequana. ut fertur nauicula illa plenis ſinibus, et ſecundo uẽto. mirificè his oĩbus redintegrantur animi. ò pratum miro artificio ueſtitũ. Miſi. Nempè ab admirabili artifice. Ph. Quàm ſuauem odorem eructat. Miſi. Hàc, hàc ad ſiniſtrã flectito, ut uites cœnum tenaciſſimum, in quo gradarius tuus

Equi helciarij, qui trahũt nauigiũ, aut ſimilia.

Prymneſiũ, funis eſt, quo nauiculæ terræ alligantur.

ſtatim unguem amitteret. Quàm contrarius hic cãpus ſuo uicino, obſitus ſitu, ſqualidus, carioſus, horrens petris, et ſpinis armatus? Pu. Non uides eſſe agrũ rudera tum ex uillæ ruinis? et alioqui frumentarius eſt. Hyberno puluere, uerno luto, magna farra Camillæ metes. Phi. Quæſo cãtilla uerſus aliquot, ut ſoles. Miſ. Placet.

Felix ille animi, diuiſq; ſimillimus ipſis,
Quem non mendaci reſplendens gloria ſuco
Sollicitat, non faſtoſi mala gaudia luxus:
Sed tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia uitæ.

Phi. Verſus facetiſſimos, et grauiſſimos. cuius q̃ſo ſunt? Miſ. Non agnoſti? Phi. Non Miſ. Angeli Politiani. Phi. Vetuſtiores putaui, & habẽt gratiã antiquitatis. Suſpicor nos deeraſſe. Miſ. Heus bone uir, quà itur Boloniam? Ruſ. Aberraſtis obuertite cantheria ueſtra ad biuiũ illud, & tenete uiã quam rodit flumen, ea uos nõ ſinet falli. recta eſt, et ſimplex uſq; ad uetuſtã quercũ, inde ad manum hanc uos præcipitatote. Miſ. Habemus gratiã. Ruſt. Ducat uos Deus. Miſ. Mallem currere, q̃ ſic ab equo iſto concuti. Phi. Tanto cœnabis auidius. Miſ. Imò nõ potero cœnare delaſſatus, et cõfractus toto corpore. citius quærã de lecto, q̃ de menſa. Phi. Sede cõiunctis cruribus, non deuaricatis: minus ſenties laborẽ. Miſ. Hoc eſt fœminarum & facerem niſi metuerẽ deriſus & ſannas prætereuntiũ. Pu. Siſte parumper Philippe, dum hic faber ferrarius calciarit aſturconẽ tuũ, cui excuſſa eſt ſolea dextri pedis. Miſ. Quin potius moremur hic, ut clauſo diuerſorio ſub dio dormiamus. Phi. Quid tum? in aperto Mundo. an non id præſtabilius, quàm in clauſo? grauius eſſet quòd incœnes.

SCRI-

SCRIPTIO.

Manricus, & Mendoza.

MAn. Adſuſtin' hodie, quum ille haberet orationẽ de utilitatibus ſcribendi? Men. Vbinã? Man. In auditorio Antonij Nebriſſenſis. Men. Minimè uerò, ſed tu recenſe, ſi qua hæſerũt memoriæ. Man. Quid ego recenſeam? dixit tam multa, ut omnia propè exciderint. Men. Ergo contigit tibi, quod de uaſis anguſti orificij Quintilianus dicit, ꝙ ſuperfuſam humoris copiã reſpuunt: ſenſim ſi inſtilles, recipiunt. Sed nihil retinuiſti penitus? Man. Propemodũ nihil. Men. Aliquid igit̃. Man. Perpuſillũ. Men. Iſthuc ipſum perpuſillum fac mihi etiã cõe. Man. Primum oĩum aiebat eſſe per q̃ admirabile, tantã uarietatem humanarum uocũ paucis potuiſſe literis cõprehendi: deinde amicos abſenteis poſſe inter ſe beneficio literarum colloqui. Addebat, nihil eſſe uiſum mirabilius apud inſulas iſtas à regibus noſtris recẽs inuentas, unde aurũ adfertur, q̃ poſſe inter ſe homines aperire quæ ſentiant, tanto interuallo regionum miſſa chartula aliqua maculis nigris diſtincta. Rogabant enim, an papyrus ſciret loqui. hęc ille, et alia permulta, quæ ſum oblitus. Men. Quandiu dixit? Man. Horas duas. Men. Ex tam longa oratione tam paucula mandaſti memoriæ? Man. Mandaui quidẽ memoriæ, ſed ea noluit retinere. Man. Planè doliũ habes filiarum Danai. Manr. Imò excepi cribro, non dolio. Men. Accerſamus aliquem, qui tibi ea quæ ille dixit, redigat in memoria. Man. Mane tñ, nam aliud quiddã cogitatione quæro. teneo. Men. Eloquere tandem, cur non excipiebas penna? Man. non erat ad manũ. Men. Ne pugillares quidem? Man. Ne pugiles quidem.

Men.Exprime hoc tandem.Man.Anfugit iã tu excuſſiſti menti,tã odioſè interpellãdo.Men. Hui tam citò? Man.Rediјt in memoriã. Ex autoritate neſcio cuiꝰ ſcriptoris affirmabat,nihil eſſe ad magnam eruditionẽ cõpendioſius,q̃ probè ac celeriter pingere.Men.Quis eſt autor? Man. Nomen ſæpe audiui,ſed memoria effluxit. Men.Vt alia,ſed huic præcepto non paret vulgus noſtræ nobilitatis,quæ pulchrum & decorẽ ſibi eſſe ducit neſcire literas formare: dicas ſacrificationẽ eſſe gallinarum,& niſi præmonitus ſis cuius ſit manus, nũquã diuinaris. Man.Et ea de cauſa vides, quàm craſſi ſint homines,quàm amentes,& opinionibus corruptiſſimi. Men,Quomodo ſunt vulgus,ſi nobiles?an nõ hæc multum inter ſe diſtant? Man. Quia vulgus non veſtibus & poſſeſſionibus diſtinguitur, ſed vita & iudicio de rebus integro.Men. Vin'ergo vt nos a vulgari iſta inſciẽtia uindicemus?tradamus nos huic exercitamẽto.Ma. Neſcio quo pacto naturale eſt mihi, diſtor tè,inequaliter pturbatè exarare literas. Men.Hoc habes nobilitatis,exerceas te:nã aſſuefactio mutabit, qđ naturale eſſe ducis. Man.Sed vbi is habet? Mend. Ex me tu id quæris?qui nec audiui hominẽ,nec vidi,quum ipſe eum audieris. tu quãtum intelligo, velles omnia ingeri tibi præmanſa in os.Man. Nunc cõmemini:aiebat ſibi domum conductam iuxta ædem diuorum Iuſti & Paſtoris. Men. Eſt ergo vicinus veſter. eamus. Man. Heus puer , vbi eſt magiſter ? Puer. In illo conclaui . Man. Quid agit?Puer.docet quoſdam.Man.Significa illi,aſtare hic pro foribus , qui huc etiam veniunt , vt ab eo doceantur.Magiſter. Qui ſunt pueri iſti? quid petunt? Puer. Te cupiunt conuentum, Mag. Admitte eos ad

me

me rectà. Man. & Men. Optamus tibi ſalutem, & omnia proſpera Magiſter. Mag. Et ego viciſſim vobis felicem huc ingreſſũ ſoſpitet vos Chriſtus. quid eſt? qd vultis? Man. Doceri abs te artem iſtam quam profitere, ſi modò vacat, & ſi vis. Mag. Profectò oportet eſſe pueros honeſtiſſimè educatos, qui et ſic loquamini, et tã modeſto ſitis ore. Nunc verò magis, quum tota facie ſuffudit ſe vobis rubor. cõfidite filij, nã iſte eſt color uirtutis. qui vocamini? Man. Manricus & Mẽdoza. Mag. Nomina ipſa teſtãtur ingenuã educatione & generoſos animos, Ita demũ eritis verè nobiles, ſi ijs artibus excolatis animos, quæ maximè ſunt digniſſimæ claris natalibus. quanto magis ſapitis vos, q̃ multitudo iſta nobilitatis, qui eò ſe habitum iri generoſiores ſperant, quo imperitius pingant literas. Sed minimè eſt hoc mirandum, quandoquidẽ perſuaſio hæc demẽtiam nobilitatis iampridem inuaſit, nihil eſſe abiectius aut vilius q̃ aliquid ſcire. Ergo videre eſt, illos epiſtolis à librarijs ſuis compoſitis ſubſcribentes id, quod legi nullo pacto poteſt; nec ſcias à quo tibi epiſtola mittaĩ, niſi ſit a tabellario prædictũ, aut ſignũ agnoſcas. Manr. Id modò ego & Mendoza q̃rebamur. Mag. Sed venitis huc armati? Man. Minimè vero bone præceptor. vapularemus a noſtris pædagogis, ſi auſi eſſemus arma hac ætate vel aſpicere, nedũ tangere. Mag. Ah ah, non loquor de armis crudelitatis, ſed de iſtis ſcriptorijs, quæ ad præſentẽ rẽ faciũt. Habetis thecã pennariam cum pennis? Men. Quid rei eſt theca pẽnaria? an ea, quã nos calamariam nominamus? Mag. Ea ipſa: nam antiquiſſimi homines ſolebant ſtylis ſcribere: quibus ſucceſſerunt calami, & potiſſimũ Nilotici, Agareni, ſi quos vidiſti, harundinibus ſcri-

bunt à dextra in ſiniſtram, ſicut omnes pene ad Orientem nationes. Europa Græcos ſecuta, contrà à ſiniſtra in dextram. Man. Etiam Latini? Mag. Latini quoque fili: ſed hi a Græcis habent originem. & olim ueteres Latini ſcribebãt in membrana deletili, quæ vocabatur Palimpſeſtos. tum vna tãtùm facie. nam qui vtrinque erant libri conſcripti, opiſtographi dicebantur: qualis fuit Horeſtes ille Iuuenalis, ſcriptus & in tergo, necdũ finitus. Sed hæc aliàs. nunc ea quæ inſtant. Anſerinis pennis ſcribimus, aliqui gallinaceis. Veſtræ iſtæ ſunt egregiè habiles. nam ſunt caule ampla, et nitida, & firma. detrahite plumulas ſcalpello, & detrũcate aliquid è cauda: tum eradite, ſi quam habent ſcabriciem. nã leuigatæ fiunt aptiores. Man. Nunquã ego gero niſi deplumatas & nitidas. ſed inſtitutor meus docuit me eas læues facere ſaliua, & affricatione ad auerſam tunicã uel fœminicruralia. Mag. Præſens conſilium. Mend. Doce nos aptare pennas. Mag. Primùm oĩum reſcindetis utrinq; caput, ut fiat biſurcata: tum in ſuperiore parte inciſuram facite ſcalpello ſenſim ducto, quæ crena uocaĩ: hinc æquate duos illos pedunculos, ſeu mauultis nominare cruſcula, ita tamen, ut altius ſit dextrũ, in quod penna ſcribendo incumbit. id tñ diſcrimen uix perceptibile oportet eſſe. Pennã ſi firmius uis chartæ imprimere, tribus digitis teneto: ſin celerius, duobus, pollice, & indice, more Italico: nã medius inhibet magis curſum, et moderaĩ, ne ſe immodicè effundat, q̃ adiuuat. Man. Profer atramentariũ. Men. Hem, cornu atramentarium elapſum eſt mihi, uenienti huc. Mag. Puer, profer ampullam illam atramẽtariam, ex ea effundemus in hoc mortariolum plumbeum. Men. Sine

peni-

peniculo. Mag. Ita haurias pēna liquidiꝰ, et cōmodius. nā in goſſipio, uel filo bōbycini, aut lini, quū pēnam intingis, adhæret ſemper crenæ fibra aliqua uel flocculis, in quo detrahēdo fit mora ſcriptioni: aut ſi nō detrahas lituras uerius effingas, q̄ literas. Men. Ego ex ſodaliū cōſilio lintcolum Melitēſe indo, aut bōbyciniū læue ac tenue. Mag. Iſtud uerò eſt ſatiꝰ. Cæterū multo præſtat, ſolum atramētū infundere in mortariolo quidē fixo. Nā quod circungeſtandum eſt, huic oīno opus eſt peniculo. Cæterum habetis chartā? Men. Hāc. Mag. Aſperam admodū, & quæ pennam remoretur, ne inoffensè decurrat, quod eſt ſtudijs noxium. Nam dum luctaris cum ſcabricie chartæ, elabuntur multa ex ijs, quæ ſcribenda cogitaueras. Hoc genus chartæ amplæ, denſæ, duræ, ſcabræ, librarijs relinquite: quæ ideo libraria nūcupatī, ꝙ ex eis fiant ad diuturnitatem libri: nec illam quotidiano uſui paraueris grandē, auguſtanā, ſiue imperialē, quæ de rebus ſacris hieratica noīatur: quales uidetis in libris ſacrarū ædium. acquirite uobis chartā epiſtolarē, quæ ex Italia adferī optima, tenuiſſima, & firma: uel uulgarem illam, quàm ex Gallia important, quam paſſim inuenietis uenalem in ſingulos codices nummis octonis plus minus. dabitur uobis pro corollario philura una aut altera chartæ emporeticæ, quā bibulā dicimus. Men. Quæ eſt horum noīum ratio? nā ſæpe dubitaui. Mag. Emporetica de Græco venit, ab inuoluendis mercibus; & bibula, ꝙ atramentū abſorbeat. ita nō erit uobis opus furfuribus, aut ſabulo, uel puluere de pariete eraſo. Sed oīum optimū eſt, quū per ſe literæ exiccantur. eo enim modo diutúrniores fiunt. Proderit tamen emporetica, q̄ ſub manum extendatis, ne ſudore

Bombycinum, taſtanū vulgo.

aut ſordibus maculetis papyri candorem. Man. Cedo iã nobis ſi uidetur, exemplar. Mag. Primũ abecedarium: deinde ſyllabatim, tũ verba coniuncta, ad hunc modũ: Diſce puer, quibus fias ſapiẽtior, & proinde melior. Voces ſunt animorũ ſigna inter pręſentes, literę inter abſentes. Hæc effingite, & redite huc è prandio, uel cras, vt ſcripturam veſtram emendẽ. Man. Faciemus. interea cõmendamus te Chriſto. Mag. Et ego vos eidẽ. Secedamus, ut abſq; interuẽtu ſodaliũ et interpellatione meditemur, quæ à magiſtro hoc accepimus. Man. Placet mihi, ita fiet. Men. Vẽtum eſt, quò valebamus. aſſideamus in his ſaxis. Man. Etiã, ſed auerſi à ſole. Men. Mutua mihi dimidium chartæ ſolũ, quod reddã cras, Man. ſufficit tibi hoc fruſtulum. Men. Hui, non capiet ſex verſus, ex meis præſertim. Man. Scribe in vtraq; facie, & duc verſus dẽſiores, quid neceſſe habes tã magna interſtitia relinquere? Men. Egone? uix interuallũ eſt vllum. nam literæ ſeſe vtrinq; attingũt, præſertim quæ longos habent apices, aut pedes, vt b, & p, Sed qd tu? iam ne duos verſus exaraſti? & quidem eleganter, niſi quòd ſunt praui. Man. Scribe tu ſeorſum, & tace. Men. Enimuero penna & atramẽto hoc ſcribi nullo pacto poteſt. Man. Quid ita? Men. Nõ cernis, vt pẽna reſpergit chartã atramento extra literas? Man. At atramentum meum adeo eſt craſſum, ut limum eſſe credas. aſpice amabo, vt hæret in ſumma crena, nec ad caracteres formũdos defluit. Quin igitur vtriq; incõmodo medemur. tu de cuſpidibus pennæ reſcinde ſcalpello, quod atramẽtũ cõmode colligat in literas: ego in atramentariũ, quò ſit in atramẽtũ liquidius, inſtillabo guttas aquę aliquot. Men. Innicito potius. Man. Oh ne lotium, fœtebit

fœtebit atramentum ipſum, & quicquid ſcripſeris:nec facilè deinceps odorem hunc elueris è peniculo. optimū eſſet acetum,ſi haberes ad manum. nam hoc ui ſua ſta tim diſrarat denſum atramentum. Men. Verum.ſed periculum eſt, ne acrimonia ſua chartam penetret. Ma. Nihil tale metuas.hæc charta maximè omnium continet atramentum,ne effluat. Men. Extremæ huius tuæ chartæ oræ inæquales ſunt,rugatæ & aſperæ. Man. De marginato chartam aliquantum forficibus:nam hoc eſt etiam elegantius.aut citra eam aſperitatem ſcribendo ſubſiſte. Tibi ſemper leuiſſimæ offenſiones ſatis magno impedimento ſunt,ne pergas:ſed quicquid eſt in manibus,abijcias ilico. Men. Redeamus iam ad præceptorē. Man. Videtur tibi tēpus? Men. Metuo, ne præterierit iam tempus.nā ſolet maturè cęnare. Man. Eamus.ingredere tu prior,qui habes minus cordis. Men. Imò tu potius.qui minus frontis. Man. Vide ne quis ab illo exeat,qui deprehendat hic uos iocantes,& laſciuientes. Pulſemus fores annulo etſi patentes. nā hoc fuerit urbanius. At at. Puer. Quis iſthic? rectà introeas, quiſquis es. Man. Nos ſumus. vbi eſt inſtitutor? Puer. In conclaui Men. Omnia ſint tibi fauſta prę̨ceptor. Man. Feliciter veneritis. Men. Effinximus quinquies aut ſexies tuum exemplar in eadem charta,referimus hoc opus noſtrū ad te emendādum. Mag. Rectè facitis. Oſtēdite. poſthac relinquite maiorem intercapedinem verſuū, vt ſit vbi ego poßim corrigere vr̃a errata ad emendationē. Hæ literæ ſunt admodū inæquales, quod eſt in ſcribendo fœdū. Animaduertite.quāto m, maius eſt q̃ e,& o,quàm orbis huius p? nam literarum corpora omnia oportet eſſe æqualia. Men. Quid quæſo vo-

cas corpora? Mag. Media in literis, præter apiculos, et pedunculos, ſi quos hñt. apices habent b et l, pedes p, et q. Iam in eodē m, crura ſunt imparia, primū breuius eſt medio, et nimis magnā caudam trahit, ſicuti et illud a. nec ſatis imprimitis pēnā chartæ, uix hæret atramētū, nec dignoſcas quę ſint elemēta. Quòd lr̄as has transformare tētaris ī alias, eraſis particulis cuſpide ſcalpelli, magis deturpaſti ſcripturā. ſatius fuiſſet, tenuē liturā inducere, tū et quod ſupeſt uerbi in fine uerſus trāsferre in caput ſequentis, modò integræ ſint ſemp̄ ſyllabæ, quæ ſecari nō patiť lex Latinæ ſcriptionis. Auguſtū Cæſarē produnt memoriæ nō ſolitū uerba diuidere, nec ab extrema parte uerſuū abundantes literas in alteram transferre, ſed ibidē ſtatim ſubijcere, & circunducere. Man. Nos id libēter imitabimur, qm̄ exemplum eſt regis. Mag. Rectè facitis. qūo. n. aliter approbaretis uos, ex illius eſſe ſatos ſanguine? Sed ne cōiungatis oēs litteras, nec oēs ſeparetis. Sunt quæ uinciri inter ſe poſtulent, ut caudatę cū alijs, ueluta l, u. item haſtatæ, ut ſ, et t, Sunt quæ recuſent, nempe orbiculatæ p, o, b. Quantū poteritis, recto capite ſcribite: nā inflexo atque incumbenti, defluunt humores ad frontē & oculos: unde morbi naſcuntur multi, & uidendi imbecillitas. Accipite alterum exēplar, quod exprimatis cras Deo propitio.

Sed propera, nec te uenturas differ in horas,
Qui nō eſt hodie, cras minus aptus erit. & aliud:
Currant verba licet, manus eſt uelocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Men. Visne etiam ut lituram hanc reddamus? Ma. Lituram ſanè, modò et alia probè exarata. Men. Interea optamus te belliſſimè ualere.

VESTI-

VESTITVS, ET DEAMBVLATIO MATVTINA.

Bellinus, Maluenda, Ioannis.

MAl. Nempe hoc aßiduè, iam clarum mane feneſtras intrat. Stertimus indomitū quod deſpumare ſalernum Sufficiat. Bel. Apparet profectò inſanire te. nā alioqui nec tam multo mane eſſes experrectus, nec uerſus funderes, & quidē ſatyricos, quo manifeſtius rabiem tuā patefacias. Mal. Accipe ergo epigrāmatarios, edentulos & ſalſos : Surgite, iam pueris uendit ientacula piſtor, Criſtatæq; ſonant undiq; lucis aues. Bel. Iſtud de ientaculo citius mihi ſomniū excuteret, q̄ clamores tui. Mal. Feſtiuiſsimus nugator, precor tibi felicē hunc diem. Bel. Et ego tibi fauſtā noctem, et bonum cerebrum, ut ſimul & dormire poſſis, & ſoluta oratiōe loqui. Mal. Quæſo te ſerio reſponde, ſi modò ſerio potes unquā loqui, quotā horam cenſes nunc eſſe? Bel. Mediū noctis, uel plus paululum. Mal. In quo horologio? Bel. In meo domeſtico. Mal. Vbi tandem eſt tuū horologium domeſticum? tu vt horologium unquā habueris, aut inſpexeris, cui omnis hora eſt ſemper dormiendi, edendi, ludendi, ſtudendi uerò nunquam? Bel. Atqui hic ego habeo horologium mecum. Mal. Vbi? oſtende. Bel In meis oculis. uide, ut nulla ui aperiri poſſint. obdormi rurſus obſecro, aut certè tace. Mal. Quid, malum, eſt caroſis hæc, ſeu uerius lethargus, & mors quædam? quandiu putas nos iam dormiſſe? Bel. Horas duas, uel ad ſummum tres. Mal. Ter ternas. Bel. Qui fieri iſthuc poteſt? Mal. Gomezule, i curriculo ad

ſolarium

BIBLIOT. NAZ. ROMA VITTORIO

ſolarium Franciſcanorũ, & cõtemplare quota ſit hora. Bel. Apage ſolarium, quum ſol nõdũ ſit ortus, Mal. Ortus verò? api feneſtrã iſtã vitreã: heus tu puer, vt verberet ſol huius oculos ſuis radijs. plena ſunt iã ſole oĩa, & vmbræ minores. Bel. Quid tibi eſt rei cũ ortu ſolis, & occaſu? ſine illum priorem te ſurgere, cui maius eſt conficiundum iter diurnum. Gomezule, curſim contendito ad D. Petri, ibi aſpicito & in horologio machinali quota ſit hora, et in gnomone. Go. Vtrũq; ſum intuitus. in ſolario parum abeſt vmbra à ſecũda linea. in horologio digitus indicat horam paulò plus quintã. Bel. Quid narras? aliud ergo agendum reſtat tibi, vt hic ſiſtas mihi fabrum ferrariũ ex uico lapideo, qui forcipe diſiũgat has palpebras tã affixas. dic ei, reuellendam eſſe è foribus ſeram aliquam, cuius ſit amiſſa clauis. Go. Vbinam habet? Mal. Iſte verò ſeriò accerſeret. Deſine iã nugari, & ſurge. Bel. Surgamus tandẽ qñ ita obſtinaſti animo. Vah, qui es odioſus ſodalis. Exuſcita me Chriſte ex ſomno peccati ad vigiliã iuſtitiæ transfer me ex nocte mortis ad lucẽ vitæ, Amen. Mal. Feliciter tibi ꝓcedat hæc lux. Bel. Et tibi hæc eadẽ, & aliæ quãplurimæ lætæ ac fauſtæ. hoc eſt, vt eam ita tranſigas, ne cuius virtutem lædas, neu qui tuam. Puer, adferto ſubuculã mundam, nã hãc iam totos ſex dies geſtaui. hem arripe pulicem illum ſaltitantem. Omitte nunc venationem pulicarem. quantulum erit pulicem unum in cubili hoc extinxiſſe? Mal. Quantum guttam unam aquę Diliæ huic adimere. Bel. Imò uerò mari ipſi Oceano. Nolo hanc ſubuculam collari rugato. ſed alteram illã plano. nã rugę hæ quid aliud ſunt hoc tpe, quàm nidi, aut receptacula pediculorum & pulicum? Mal. Inepte, exiſtes repentè

Dilia, fluuius ẽ Lonanij.

diues,

diues habebis pecus album,& pecus nigrũ. Bel. Peculium numeroſum magis,quàm quæſtuoſum; & comites, quos malim ſemper uidere in vicinia,quàm domi meę. Iube famulam reſuere latera huius ſubuculæ,& quidẽ filo ſerico. Go. Non habet. Bel. Lineo igitur, aut laneo, aut etiam ſi ita lubet ei,ſparteo. nunquam famula hæc habet,quod eſt opus;quod verò non eſt opus,affatim. te uerò Gomezule, nolo ego eſſe diuinatorem: exequere mandatum meũ,et renuntia:ne arioleris, quid ſit futurum. Excute puluerem è ſeminicruralibus concuſſu, hinc purga diligenter muſcario illo ſetaceo. Vdones dato itidem mundos:nam hi ſunt iam exudati, & pedore olidi. φεῦ, amoue eos iſthinc,cõtinuò offendit me fœtor grauiſſimè. Go. Vis interulam? Bel. Non, nam ex luce ſolis colligo diem fore calidum. ſed cedo mihi thoracem illum dimidys manicis ſerici gauſapidi,& tunicam ſimplicem fuſtadicam, cum vinculis veſtiarijs oblongis. Mal. Imò fuſtanicam. Quid iſthuc rei eſt? quonam ire cogitas, vt tam ornes te præter morem tuum, præſertim quum ſit dies profeſtus?& poſcis ligulas deuinctorias caſtrenſes. Bel. Et tu cur induiſti bombycinam læuem,recentem ab officina, quum habeas capripiliã,& damaſcenam detritam? Mal. Dedi hæc reſarcienda. Bel. Ego vero in hiſce meis magis cõmoditatem ſpecto veſtitus, quàm ornatũ. vncinuli iſti & orbiculi ſunt luxati. tu improbe, inconſiderate ſemper diſſoluis. Mal. Ego potius vtor globulis & ocellis,quod eſt decẽtius,et minus in induendo,& exuendo moleſtum. Bel. Nõ eſt idem omnium iudicium in his, vt in reliquis omnibus. Pectorale hoc tunicæ cõdito in arcam,nec proferas tota æſtate. aſtrigmenta hæc ſtrenuè ſunt exarmata ſuis

ferris

Muſcariũ ſetaceum, ſcopula uocat̃ uulgo

Vdones, ſunt calceoli lĩtei.

Interula, ẽ ĩduſiũ ſubuculæ ꝑximũ qđ per hyemẽ geſtatur.

Sericũ gauſapinũ, uulgo lutũ

Fuſtadica pãnus leuis,qui in Britãnia texitur.

Vincula veſtiaria, sũt aſtrigmenta.

Fuſtanica pãnus ex goſsipio, q texit̃ in germãia.

Capripiliam quæ vulgo vndulata.

Vncinuli, orbiculi, globuli, ocelli,hec oĩa sũt, q bus ad pectꝰ, & manicas veſtes aſtringuntur.

ferris.limbus hic eſt diſſutus & diſcerptus,cura reſarciendum:ſed uide,ne aſſuant deformes cõmiſſuræ. Go. Non poterit id perfici ante ſeſquihorã. Bel. Affige ergo acicula,ne pendeat.dato periſcelides. Go. Adſunt. calceolos cum crepidis longi obſtraguli paraui tibi,pulucre bene excuſſo. Bel. Calceos potius exterge ſitu, ac nitida. Mal. Quid eſt ligula in calceo? Bel. de qua inter grãmaticos fuit cõtrouerſia peracerba,ut ſolet de omnibus,dicẽdũ eſſet ligula an lingula. Bel. Illa aſſuitur calceis Hiſpanicis in ſumma planta,hic non habent. Mal. Et in Hiſpania iã deſueſcunt apponere, calceatu Gallico. Bel. Accõmoda mihi tuum pectinẽ eburneum. Mal. Vbi eſt tuus ligneus,& quidẽ Pariſienſis? Bel. Nõ audiſti me heri obiurgantẽ Gomezulum? Mal. obiurgare vocas tu ferire? Bel. Hoc illud erat.fregerat quinque aut ſex radios pectinis ex dẽſis,ex raris penè oẽs. Mal. Legi nuper ſcriptorẽ quendã præcipere, ut eburneo pectine pectamus caput quadragies ducto à brechmate ad uerticẽ,& inde ad occipitiũ. Quid agis? hoc non eſt pectere,ſed mulcere.credo pectinẽ. Bel. Neque iſthuc eſt pectere,ſed radere,aut uerrere.credo habere te caput teſtaceũ. Mal. Et ego te butyraceũ, adeò non audes attingere. Bel. Vin'tu igitur,ut mutuo arietemus capita? Mal. Nolo tecũ contendere inſania,nec cõmittam bonam mentẽ meam cũ tua dementia. Ablue iam tandẽ manus & faciem:ſed os potiſſimum, ut mundius loquaris. Bel. Vtinã adeò citò animum perpurgarem,ut manus.dato malluuiũ. Mal. Confrica paulò diligentius nodos iſtos manus, quibus hærent ſordes denſiſſimæ. Bel. Falleris.nã puto eſſe potius decoloratam pellem,et rugatã. Abijce has malluuias Gomezule in cloacã illam,

Pileũ clauatũ,clauis uel aureis, uel eiuſmodi affixis. Cuculio, palliũ Hiſpanicum. Palla ueſtis eſt longa et lata.

& cedo mihi reticulum, et pileum clauatum. affer iam Go. Itinerariaſne? Bel. Non, ſed vrbanas. Go. Vis cucullionẽ, an pallam? Bel. Sumus foras prodituri? Mal. Quidni? Bel. Adfer igitur lacernã. Mal. Prodeamus iam tandẽ, ne amittamus è manibus deambulandi tempus. Bel. Duc nos Chriſte per uias tibi gratas, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. O quàm formoſa aurora uerè roſea, & (vt poetæ vocant) aurea; quàm gaudeo me ſurrexiſſe; exeamus urbẽ. Mal. Exeamus: nam ego hac tota hebdomade pedẽ porta nõ extuli ſed quò ibimus primum, inde quà? Bel. Ad arcem, an ad mœnia Cartuſiana? An potius ad prata diui Iobi? Bel. Minimè illuc de mane, ad ſerum potius. Mal. Ad Cartuſianos ergo, per Franciſcanos & Biſthũ, inde per portam Bruxellẽſem: tum redibimus per Cartuſianos, ad rem diuinam. Ecce tibi Ioannium. Sis ſaluus Ioãni. Io. Et vos plurimum. Quid iſthuc eſt inſolitum, tã bene mane ſurrexiſtis? Bel. Ego uero arctiſſimo ſomno eram conſopitus: ſed Maluenda hic clamando, & tundendo, auellit me è lectulo. Io. Rectè fecit. nam totum reficiet, ac recreabit hæc deambulatio. Eam' ad pomeriũ. ò admirabilem & adorandum artificem tantæ pulchritudinis; nõ immeritò vocat opus hoc mundus, et à Græcis κόσμος, quaſi ornatus & elegans. Mal. Ne contentè deambulemus, ſed lentè ac molliter. Cõficiamus quęſo in hac mœniali ambulatione duo aut tria ſpatia, ut otioſius & liberius tã decorã ſpeciẽ cõtẽplemus. Io. Attende: nullus eſt ſenſus, q non egregia aliqua uoluptate perfundatur. oculi primũ, quæ uarietas colorum, qui ueſtitus terræ & arborũ, qui tapetes, quæ picturæ cõparari huic poſſunt? hęc ſunt naturalia et uera, illa altera

Lacerna, palliũ itinerarium.

ficta

Vates Hiſpanus, Ioannes Mena.

ficta & falſa. Nō iniuria vates ille Hiſpanus, Maium appellauit pictorem mundi. Iam aures, qui concentus auiū, & potiſſimùm luſciniæ? auſculta eā è ſalice, à qua (vt Plinius inquit) perfectę Muſicæ ſciētiæ modulatus editur ſonus. Aīaduerte accuratè, & annotabis varięṭates oīum ſonorum. nūc non interquieſcit, ſed cōtinuo ſpiritu in longum æquabiliter, ſine mutatione: nunc inflectitur: iā minutius & conſcius canit: nūc intorquet, & quaſi criſpat vocem: nunc extendit, iam reuocat: aliàs longos cōcinit verſus, quaſi heroicos: aliàs breues, vt ſapphicos: interdū breuiſſimos, vt adonicos. Quin ēt quaſi Muſicæ ludos, & ſcholas habent. Meditātur alię iuniores, verſusq́; quos imitentur accipiūt. Audit diſcipula intētione magna: utinā nos pręceptores nr̄os pari; & reddit, vicibusq́; reticēt. Intelligit emendata correctio, & in docēte quædā reprehenſio. Sed illas ducit natura recta, nos volūtas praua. Adde his, q odor ſpirans vndiq; ſiue ex pratis, ſiue ex ſegetibus, ſiue ex arboribus, ēt ex ipſis agris ceſſantibus et ſqualldis. Sapor qcquid ori admoueas, vel ex ipſo aere, qualis primi & tenerrimi mellis. Mal. hoc puto eſſe, qđ à nōnullis audiui, apes conſueſſe mel ſuū colligere mēſe Maio ex cœleſti rore. Io. Ea fuit multorum opinio. Si aliquid uis dari tactui quid mollius aut ſalubrius hac aura vbiq; ſpirāte? quæ ſalutari ſpiritu ꝑ venas & vniuerſum corpus ſeſe inſinuat. Venit mihi nūc in mentē verſuū aliquot. Vergilij de vere, quos vtiq; cātillabo, ſi me poteſtis ferre uoce mea nō olorina, ſed anſerina. tametſi hāc malo, ſi nō aliàs cygnus canit dulce, niſi fato ſuo proximus. Bel. Ego quidem vt pro me reſpōdeā, vehementer eos verſus aueo audire, qualicunq; voce, modò etiam exponas

eos nobis. Mal. Nec ego ab hoc diſſentio. Ioan.

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, alium'ue habuiſſe tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,
Quum primum pecudes lucem hauſere, virumq;
Terrea progenies durum caput extulit aruis,
Immiſſaq; feræ ſyluis, & ſydera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Bel. Nõ ſatis intellexi. Mal. Ego vt reor multò minùs. Io. Ediſcite nũc eos, aliàs intelligetis: ſunt.n. deſumpti ex intima Philoſophia, vt alia vatis illius permulta. Mal. Quæram' ab Orbilio literatore, quẽ habemus obuium. Io. Imò eſt homo nõ admodum obuius, ſalutemus modò, & ſinamus abire hoĩem rabioſum, & plagoſum, ingẽtis ſupercilij, imbutum magis literis q̃ eruditum: tametſi perſuaſit ſibi ſeriò, ſe eſſe literatorũ alpha. Cæterum diximus de corpore, qđ porrò aĩum, & mẽtẽ, quantope exhilarat & excitat huiuſmodi aurora? nullũ eſt tẽpus ad ediſcendum æquè idoneũ, nullum a percipiendũ continẽdumq; quæ audias, quæq; legas, nec aliud ad meditãdũ et excogitãdũ, quocũq; applicaris aĩum. non immeritò qdã dixit, Aurora gratiſſima Muſis. Bel. Sed ego iã extimulor appetẽtia, redeamus domũ ientatum. Mal. Quid tandẽ? Bel. Panẽ, butyrũ, ceraſa, pruna, cereola: quæ tantopere videntur nr̃is Hiſpanis placuiſſe, vt illarum noĩe pruna oĩa nuncupent. vel ſi hæc nõ ſint domi, decerpemus folia aliquot bugloſſæ, & ſaluiæ, quæ addamus butyro. Mal. Bibemus vinum? Bel. Minimè

Imbutũ, intinctũ, perfuſum.

verò,

uerò,ſed ceruiſiam,& quidẽ tenuiſſimam ex flaua iſta Louanienſi:uel aquam puram & liquidã, hauſta è fonte Latino,aut Græco. Mal. Quem tu fontem Latinum vocas,quem Græcum? Bel. Illum qui iuxta portam eſt, Græcum ſolet nominare Viues: vlteriorem illum, Latinum,cauſas ipſe reddet tibi,quum illum conuenies.

DOMVS.

Iocundus, Leo, Vitruuius.

IOcund. *Eſt tibi notitia cum inſulario amplæ atque elegantis huius inſulæ? Leo. in primis,& eſt aſſeclæ patris mei admodũ propinquus. Ioc. Rogemus eum,ut nobis eam oẽm patefaciat.nã ferunt nihil fieri poſſe amœnius,nec delectabilius,Leo. Adeamus,pulſemus fores tintinnabulo,ne irrumpamus inexpectati. At at.* Vinu.Inſularius.*Quis iſthic? Leo. Ego ſum Vit. O ſalue multum puſio dulciſſime.unde tu nunc? Leo. E ludo. Vit. Qua igit gratia huc? Leo. Sodalis hic meus et ego uehemẽter cupimus haſce ædes uiſere. Vit. Nunquam ſpectaſti? Leo. Non totas. Vit. Ingredimini. Heus puer adfer mihi claues oſtiorũ domus. Primum hoc eſt ueſtibulũ:patet ſemp interdiu, abſq; ianitore,quod nec intra domũ eſt,nec tñ extrà,noctu clauditur. Contẽplamini portã magnificã,ualuas è robore munitas ęre,utrĩq; limen & infernũ & ſupernũ ex marmore alabaſtrite. Olim Hercules ſolebat præfigi oſtio domus, ille* ἀλεξίκακος*:hic eſt Chrs,uerus Deus.nã Hercules erat crudelis hõ:& maleficus: hoc cuſtode nihil mali ingrediet ĩ ædes. Ioc,* οἰκεῖ οὖν ὁ δεσπότης αὐτός. *Vit. Quid dixit gręcè?*

Ioc.

Ioc.Quod cur tã multi ingrediuntur mali? Vit.Etiam ſi mali ingrediantur, nihil tñ inferunt mali. Leo.Non vt imini cardinibus? Vit.Deſiit eſſe mos apud quaſdam nationes.Sequitur oſtium atrij,quod atrieſis ſeruus cuſtodit,præcipuus in familia,vt mediaſtinus extremus. Tum atrium ſpatioſum ad deambulandum, multæq́; ac variæ in eo picturæ.Ioc.Quænam quæſo? Vitr. Illa eſt 3
cœli facies ichnographica,illa terræ & maris ortographica , illa orbis nuper Hiſpanis nauigationibus aperti ſciographica,in tabella illa eſt Lucretia ſe interficiens. Ioc.Quid quæſo dicit?nam moriens, vt videtur,loquitur.Vit.Multæ hoc mirantur,quia non cuique tantum dolet. Ioc.Intelligo quid dicat. Leo.Quid ſibi vult tabella illa tam variè delineata ? Vit.Ea eſt graphis huius ædificij.reduc a tabula hac velum.Ioc.Quid hoc eſt rei,vetulus ſugens papillam fœminæ? Vit.Non legiſti exemplum hoc apud Valeriũ Maximum, titulo de pietate? Ioc.Legi,quid dicit illa? Vit.Non tantum rependo,quantum accepi.Ioc.Quid ille? Vit.Iuuat genuiſſe. Aſcendamus has ſcalas cochlides . ſinguli gradus lati, 4
vt cernitis, ex ſingulis ſunt ſaxis marmoris Baſaltis.
Hæc prima contignatio habitatio eſt domini. cœnaculũ 5
ſuperius hoſpitale eſt : non quòd herus meus faciat cœnaculariam,quod abſit:ſed paratum eſt hoſpitibus amicis,ornatum ſemper,inſtructum & vacuum,niſi quum adſunt hoſpites. hoc eſt tricliniũ. Ioc.Bone Chriſte,quæ feneſtræ ſpeculares,quam ſcitè depictæ pictura ſciographica;qui colores,quàm viuidi:quæ tabulæ, quæ ſigna, quæ coaſſatio. Quænam eſt hiſtoria vitrearum? Vit.Fabella Griſelidis,quàm aptè, & ingenioſè confinxit Ioannes Boccatius. ſed herus meus decreuit addere rei ſi

Facere cœnaculariã locare cœnacula, et inde quæſtum facere.

ctæ rem ueram, de Godelina Flandrenſi, & Catherina Angliæ regina, quæ ſuperat inuẽtum Griſelidis. Signa ſunt, primũ illud Pauli Apoſtoli. Ioc. Quod eſt lemma? Vitr. O quãtum tibi nos debemus, tu Chriſto. Ioc. Quid ipſe loquitur? Vit. Gratia Dei ſum, quod ſum: & gratia Dei in me uacua non fuit. Alterum illud eſt Mutij Scæuolæ. Ioc. Nec is eſt mutus, etiam ſi Mutius. quid mutit? Vit. Non incẽdet, inquit, me hic ignis, q̃m alius maior ardet intus. Tertium ſignũ eſt Helenæ. titulus eſt: Vtinã fuiſſem ſemper talis, minus nocuiſſem. Ioc. Quid ſignat cæcus ille ſeniculus recaluaſter, indice ad Helenã verſo? Vitr. Homerus eſt. dicit Helenæ. Quæ malè tu feciſti, ego bene cantaui. Ioc. En lacunar eſt deauratum, admiſtis margaritis. Vitr. Margaritæ quidẽ ſunt, ſed pretij exigui. Ioc. Quò ſpectant feneſtræ? Vitr. Hæ in hortos, illæ in impluuium. hæc eſt dieta, ſeu æſtiua cœnatio. en vobis cubiculum, & conclaue. Cubiculum ornatum eſt tapetibus, pauimento contabulato, florijs tecto: & imagines aliquot diuæ Virginis, Chriſti ſeruatoris. Illæ alteræ ſunt Narciſſi, Euriali, Adonidis, Polyxenæ, qui dicuntur fuiſſe formoſiſſimi. Ioc. Quid ſcriptũ eſt in limine ſuperiore oſtij? Vitr. Recipe te in portum tranquillitatis affectuũ. Ioc. Quid in interiore poſte forium? Vitr. Ne induxeris in portum tempeſtatem. In conclaui illo clauſo adſeruantur ferè priua vtenſilia. Hoc alterum membrum eſt hybernum: vides omnia obſcuriora, & magis tecta. tum hypocauſtum. Ioc. Amplius mea ſententia, quàm pro cœnatione. Vitr. Non animaduertis etiã cubiculũ interius eodem vaporario excalfieri? Ioc. Dicunt cubicula eſſe calidiora, ubi nullũ ſit fumale. Vit. Non ſolẽt eſſe in æſtuarijs. Ioc. Quæ eſt

Priua vtenſilia, quæ parata ſeruantur, quũ vſus poſcat.

illa camera,tam eleganter fornicata? Vitr. Lararium ſeu ſacellũ,ibi agitur res diuina. Ioc. Vbi latrina? Vitr. Supernè in granario habemus foricam,ne oleat.in cubiculis.n.ſcaphijs vtitur herus meꝰ, et trullis,et matulis. Ioc. Turriculæ illæ,& pyramides, & pilæ, & indices vẽtorum omnia qua venuſtate,quàm admirabili arte? Vitr. Deſcendamus.hæc eſt culina,hoc promptuarium, hæc cella vinaria,illa penuria:in qua mirè infeſtamur rapacitate furum. Ioc. Quà tandem eſt huc furibus ingreſſus? omnia uideo probè clauſa,& feneſtras cum clatris ferreis. Vit. Per rimulas,& foramina. Leo Mures ergo ſunt & muſtelæ,quæ vobis uniuerſam penum diripiunt. Vitr. Illud eſt poſticum domus,clauſum ſemper duabus ſeris:affixa & pẽſili,niſi quum adeſt dominus. Leo. Cur feneſtræ hæ non habent cancellos? Vit. Quoniam rarò aperiuntur. ſpectant enim ad anguſtum angiportum,vt cernis,& obſcurum.rarò quiſquam hic aſſidet aut profert caput,ideo & clatrare eas ſtatuit herus meus. Le. Quibus clatris? Vit. Fortaſſe ligneis,nõdum eſt certum . interea repagulum hoc ſufficit. Ioc. Quàm amplæ columnæ, & porticus plena maieſtatis? vide vt Atlantes illi & Caryatides ſpeciem præferũt enitentium, vt fulciant ædificium ne ruat, quum nihil agant. Leo. Tales ſunt multi qui magna videnť præſtare,quum otioſi & ſegnes viuant : fũci,fruentes alienis laboribus. Sed quænam eſt domus illa inferior huic adiuncta,tam malè materiata & rimoſa? Vit. Eſt vetus ædificium,quod quia ducebat rimas,et vitium faciebat ingens,herus meus decreuit hanc alteram à fundamentis erigere. Illa nunc nidulatio eſt auium,& habitatio murium:ſed breuiter eam demoliemur.

IOAN. LODOVICI VIVIS
S C H O L A.

Tyro, Spudæus.

TYro. Quàm elegans gymnaſium, & magnificum. haud eſſe in academia hac reor vllũ præſtãtius. Spu. Rectiſſimè iudicas. adde etiam, quod magis ad rem facit, nec alibi eſſe eruditiores magiſtros, aut prudẽtiores, quiq; maiore dexteritate tradant doctrinã. Ty. Oportet igitur magna hic fieri diſciplinarũ operæpretia. Spu. Et quidẽ magnis cõpendijs diſcendi. Ty. Quanti docẽt? Sp. Amoue te hinc ocyus cũ interrogatione iſta tã praua, tãq; importuna. in re tanti momẽti inquirendũ eſt de mercede? nec ipſi qui docẽt, paciſcũtur: nec diſcipulos cõuenit id vel cogitare. ecqđ pretiũ põt eſſe par? nunquã ne Ariſtotelicum illud fando audiuiſti: Dijs, parentibus, & magiſtris, parem gratiam non poſſe rependi? Deus creauit totũ hoĩem, parens genuit corpus, magiſter format aĩum. Ty. Quid docent iſti, & quandiu? Sp. Hñt ſua ſinguli auditoria ſeparata, & ſunt doctores varij. Alij prima elementa artis Grãmaticæ laborioſè atq; ærumnoſè pueris toto die ingeminant: alij penitiora tradũt artis; alij rethoricẽ, dialecticẽ, & reliquas diſciplinas enarrant, quæ liberales ſeu ingenuæ dñr. Ty. Cur eo noĩe? Sp. Quia illis decet vnunquenq; ingenuũ imbui. cõtrà quæ ſunt illiberales, circũforaneæ. ſordidæ, quæ vel labore corporũ vel manibus, exercẽtur, ſeruis potius congruunt, & hoĩbus, qui ingenio parum valẽt. In iſtis ſunt alij tyrones, alij batalarij. Ty. Quid iſthuc verbi eſt? Spu. Et tyrones & batalarij ex militia ſunt nomina deſumpta. tyro vetus eſt verbum, de eo qui in militia exerceri incipit: batalarius Gallico nomine dicitur is miles, qui iam ſemel prælio (quod illi batallã vocant)

cant) interfuit collatis ſignis, & manum conſeruit cum hoſte. ita in palæſtra literaria batalarius cœpit nũcupari Lutetiæ is, q publicè de arte quapiã diſputaſſet. Hinc deſignantur. doctores, quos à licentia Licentiatos appellant, melius Deſignati dicerẽtur. poſtremò doctura adipiſcuntur, impoſito in celebritate Academiæ pilæo, vt quaſi donetur libertate, et fiat emeritus. Is eſt hic ſupremus honor, & ſummus dignitatis gradus. Ty. Quis eſt ille in tanto comitatu, quẽ clauarij præcedũt cũ clauis argenteis? Sp. Is eſt rector Academiæ. multi eũ aſſectantur officij grã. Ty. Quoties in die docẽtur pueri? Spu. Aliquot horis. vnà penè antelucana, duabus matutinis, & duabus pomeridianis. Ty. Tãdiu? Spu. Ita fert mos, & vetus Academiæ inſtitutum. quin & diſcipuli duabus horis, quæ à magiſtris acceperũt, retractant & recolunt, & quaſi manſum cibum ruminant. Ty. Tantis clamoribus? Spu. Nunc ſe exercent. Ty. Ad quidnam? Spu. Ad diſcendum. Ty. Imò verò ad clamandum. videntur enim non diſciplinam meditari, ſed præconium. Et ille alter planè furit. nã ſi haberet ſanum cerebrũ, nec ita vociferaretur, nec geſticularetur, nec ſe torqueret. Spu. Hiſpani ſunt, & Galli paulò feruentiores: & vt ſunt diuerſorum dogmatum, tanto ardentius concertant, quaſi pro aris & focis, vt dicitur. Ty. Quid? doctores hic ſequuntur diuerſa ſcita? Spu. Interdum tradunt placita contraria. Ty. Quos autores interpretantur? Spu. Non eoſdem omnes, ſed vt quiſq; eſt peritia, & ingenio præditus. Eruditiſſimi & acerrimo iudicio ſcriptores ſibi ſumunt optimos quoſque, & eos quos claſſicos vos Grammatici appellatis. ſunt qui ex ignorantia meliorum ad proletarios deſcendunt, atque etiam ca-

pitecenſos. Ingrediamur, oſtẽdam vobis publicam gim naſii huius bibliothecã. Hæc eſt bibliotheca, quæ ex magnorum virorum præcepto ad ortũ æſtiuũ ſpectat. Ty. Papè quantum librorum, quantum bonorum autorum, Græci, Latini, Oratores, Poetæ, Hiſtorici, Philoſophi, Theologi, & imagines autorum. Sp. Et quidem quantũ effici potuit ad vinũ expreſſæ, atq; eò pretioſiores. foruli oẽs & plutei querni aut cupreſſini, cum ſuis catenulis: libri ipſi plcriq; omnes mẽbranacei, et uarijs coloribus miniati, Ty. Quis eſt primus ille ruſticano ore, naſo repãdo? Sp. Lege titulos. Ty. Socrates eſt, & dicit: Cur in bibliotheca colloquor, qui nihil ſcripſi? Spu. Reſpondent ſequẽtes, Plato & Xenophon: Quia quid alij ſcriberent, dixiſti. Lõgum eſſet perſequi ſingulos. Ty. Hem, qui ſunt illi abiecti in grandi illa ſtrue? Sp. Catholicon, Alexander, Hugucio, Papias, ſermonaria, dialecticæ, & phiſicæ, ſophiſticæ: hi ſunt quos capitecenſos nominabam. Ty. Imò capite diminutos. Sp. Soluta ſunt omnia, tollat qui volet moleſto nos liberabit onere. Ty. Vah, quot aſinis eſſet opus ad iſtos aſportandos. miror non eſſe ablatos, quum tanta ſit vbiq; aſinorum frequentia. Aliquando in eundem cumulum conijcientur Bartoli, & Baldi, & huius farinæ homines, Ty. Imò furfuris. Sp. Non id eſſe humanæ tranquillitati damnoſum. Ty. Heus qd rei ſunt illi in tã fluxis cucullionibus? Sp. Deſcendamus. Batalarij ſunt, qui in palæſtrã ingrediuntur altercatoriam. Ty. Quæſo introduc nos illhuc. Sp. Ingredere, ſed tacitè ac reuerenter. Aperi caput, & ſpecta attentus ſingula. nam magnis de rebus diſſeritur, & quas plurimum conducat cognoſcere, Ille, quem ſedẽtem aſpicis ſublimem ſolum, & præſes eſt certaminis,

nis & contentionum decretor,quaſiq; agonotheta.Pri 4
mũ eius munus eſt loca cõcertantiũ deſignare, ne nulla
ſit confuſio aut perturbatio præire volẽtium. Tu.Quid
ſibi vult pellitum epitogiũ? Sep.Ea eſt epheſtris docto 5
ralis,inſigne ordinis ac dignitatis illius. Hõ eſt in pau-
cis eruditus,quiq; in lectione candidatorum theologiæ
primas tulit, & ad eum doctiſſimus quiſq; primas de-
fert ex hoc ordine.Ty.Et Bardum aiũt lectum eſſe pri
mũ ſuo anno. Sp.Is verò vicit competitores omnes am
bitu & aſtu,non ſcientia. Ty.Quis eſt macilentus ille
& pallidus,quem reliqui impetunt?Sp.Is eſt propugna
tor,qui impetum omnium ſuſtinet, & ex immodicis vi
gilijs maciem ac pallorem contraxit . magnós is habet
in re philoſophica & theologica progreſſus . Hau tace
iam & auſculta. nam qui nunc oppugnat,acutiſſimè ac
ſubtiliſſimè ſolet excogitare argumenta , & acerrimè
vrget propugnatorem,omniumq; ſentẽtia cum ſummis
in hac diſciplina comparatur, & ſæpe adigit cõcertato
rem ad recantandum. Perpende quomodo ille conatus
eſt eludere,quomodo alter cõfutauit valde, ratione in
confutabili,& quam ille diluere non poterit.iam & ia
culum hoc eſt ineuitabile,argumentũ hoc eſt planè A-
chilles inuincibilis,iugulum petit.nõ poterit propugna
tor ſe tueri,ſtatim dabit manus, niſi ſubterfugium ali-
quod mittat ei diuus aliquis in mẽtem.Hem profligata
eſt quæſtio,ſolertia decretoris. Iam ſoluo tuam linguã,
loquere quantũ voles.nã iſte,qui nunc impugnat, vap
pa eſt,pugione pugnat plumbeo, et altius tamẽ clamat
quàm cæteri.Obſerua videbis eum à pugna raucum di
ſcedere;hoc eſt ei perpetuum, & quantũcunq; repulſa
ſint eius tela,vrget nihilo ſeci. pertinaciter quidẽ,ſed

ineſſicaciter : nec vnquam vult habere argumentum ſuum pro derelicto, nec acquieſcere vel defendentis reſponſioni, vel decreto præſidis. Is qui nũc certamen ingreditur, delicatulè petit veniam à decretore, comiter præfatur, argumentatur inualidè, diſcedit ſemper feſſus, etiam anhelans, tanquam arduo munere fortiter perfunctus. diſcedamus.

CVBICVLVM ET LVCVBRATIO.

Plinius, Epictetus, Celſus, Didymus.

PLi. Hora eſt à meridie quinta. Heus Epictete, claude mihi feneſtras iſtas, & infer huc lumina ad lu-
1 *cubrandũ. Ep. Quæ lumina? Pli. Interea dum hi adſunt*
2 *candelas ſepaceas aut cereas : vbi receſſerint, tolletis eas, & ſtatuetis hic mihi lychnucum. Cel. Quorſum id? Plin. Ad lucubrandum. Cel. Quin ſtudes potius mane?*
3 *tum enim videtur & temporis ratio, & qualitas corporis inuitare, quum eſt minimum vaporũ in cerebro, peracta concoctione illa euaporatoria. Pli. Etiam hæc hora trãquilliſſima eſt, quum quieſcunt & ſilẽt omnia, atq; ijs qui prandent & cœnant non incõmoda. Nam ſunt qui cœnant tantum more priſco, alij prandent ſolũ ex placitis recentiũ medicorum, alij & prandẽt & cœnãt more Gothico. Cel. An non ante Gothos erãt prandia? Plin. Erant, ſed leuia. Gothi morem inuexerunt, bis in die ſaturum fieri. Cel. Qua de cauſa Plato menſas Syracuſanas damnat, in quibus quotidie exaturentur his? Plin. Ex eo colligas, fuiſſe rariſſimas. Cel. Sed miſſa iſthæc faciamus. Cur lucubras ad lychnum potius quam ad candelã? Pli. Propter flammam æquabilem, quæ minus lædit oculos, illa enim criſpatio myxi officit*

ocu-

*oculis, & ſeui odor inamœnus eſt. Cel. Vtere cereis, 4
quorum odor nō eſt ingratus. Pli. Myxus eſt in his ma
gis tremulus, nec vapor ſalubris: & in ſebaceis elych- 5
nium eſt lineum plerunq;, non xylineū: vt propolæ iſti 6
ex rebus omnibus quærunt cōpendium cum fraude. In-
funde oleum in lucernam hanc, profer acu myxum, &
exfunga. Ep. Quàm hærat fungus acui? ſignū dicunt eſ-
ſe pluuiæ, quemadmodum eſt apud Vergil. Scintillare
oleū, & putres concreſcere fungos. Pli. Adfer etiā fur
ciculā, & emunge candelā hāc. ne proijcias fungū in pa
uimentū, ne fumiget: ſed opprime intra furcinulam, qū
eſt contecta. Profer mihi pallā lucubratoriā, prælongā
illam pellitam. Cel. Ego te tuis libris cōmendabo, Mi-
neruam tibi opto propitiam. Plin. Paulum malim: vel
quod dicere debui, Chriſtū Ieſum, Dei ſapientiam. Cel.
Fortaſſe Chriſtus Mineruæ fabula adumbratur, quæ ex
Iouis cerebro ſit nata. Pli. Statue menſam ſuper tibici
nes in cubiculo. Ep. Mauis menſam quàm pluteū? Plin.
Etiam hoc quidem tēpore, ſed pone ſupra menſam plu-
teolū. Ep. Stabilē an volubilē? Plin. Quem malis. Vbi
eſt Didymus meus ab ſtudijs? Ep. Eo illum acerſitum. 7
Plin. Et huc adducito puerum exceptorem: nam lubet
aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas
aut tres cannæ amplæ, & thecam puluerariam. Profer
mihi ex armario Ciceronem & Demoſthenem, tum ex
pluteo codicem excerptorium, & regeſta mauſcula. 8
audin'? & mea ſchedia, in quibus libet nonnulla expoli
re. Di. Non arbitror eſſe ſchedas tuas in pluteo, ſed in
ſcrinio conclauis. Plin. Id vero ipſe ſcrutator. Adfer
mihi Nazianzenum. Di. Non noſco. Plin. Liber eſt mi
nimè ſpiſſus, conſutus, & tectus membrana rudìter.*

Adfer

*Adfer quoq; codicem quintum a primo. Di. Quod eſt
lemma illius? Pli. Xenofontis commentarij. liber eſt ex
politus, tectus corio cum vinculis & umbilicis cupreis.
Di. Non inuenio. Pli. Nunc memini. in quarto loculamẽto eũ repoſui, illinc prome. In eo loculamẽto nõ ſunt
niſi libri ſoluti, & rudes, quales recẽs adferunt ab offi
cina. Di. Ecquod corpus Ciceronis poſcis? nã ſunt quatuor. Pli. Secundum. Epi. Nondũ eſt relatum à librario
glutinatore: cui dedimus nudius, vt puto, quintus. Did.
Quàm placet tibi hæc penna? Pli. Non ſum in eo valde ſolicitus. quæcunq; in manus venit, ea ſic vtor tanquam bona. Did. Hoc habes Ciceronis. Pli. Conquieſcite. reclude mihi Ciceronẽ, aperi, euolue adhuc tria aut
quatuor folia ad quartũ Tuſculanarũ quæſtionũ, quære
ibi de mãſuetudine et lætitia. Epi. Cuius ſunt hi verſus?
Did. Eius ipſius, quos de Sophocle vertit, qđ facit ſanè
lubẽs, ac proinde ſæpe. Epi. Erat credo ad carmen com
ponendum ſatis aptus. Did. Aptiſſimus, ac facillimus:
nec vt illo ſeculo, infelix, contrà quàm exiſtimant plurimi. Epi. Sed tu quomodo intermiſiſti ſtudiũ poetices?
Pli. Aliquando repetemus ſucciſiuis horis, vt ſpero. nã
habet multũ leuamenti ab ſtudijs grauioribus. Defeſſus
ſum iam ſtudendo, meditando, ſcribendo. ſterne mihi le
ctum. Epi. In quo cubiculo? Pli. In lato illo, & quadra
to. & tolle ex angulo anaclinteriũ transfer in cœnatio
9 nem. pone ſuper culcitram plumeam alterã tomẽti lanei. uide ut fulcra lecti ſint ſatis firma. Epi. Quid refert
tua, qui nõ cubas in alterutra ſpõdarũ, ſed in medio? ſed
ſalubrius foret, ſi lectus eſſet durior, et ꝗ corpori reſiſte
ret. Pli. Tolle ceruical, et pro eo repone puluinos duos,
& in hoc æſtu malo plagã illam, quàm arcta iſthæc lin
thea.*

thea. Epi. Sine lodice? Pli. Etiam. Epi. Algebis. nã ſurgis ab ſtudijs extenuato corpore. Pli. Inijce ergo periſtroma aliquod leue. Epi. Iſtud, nullum aliud ſtragulũ? Pli. Nullum. ſi ſentiam frigus in lecto, poſcã plus veſtiũ. aufer illa peripetaſmata: nam ad culices excludẽdos malo conopæum. Epi. Culices paucos hic ſenſi, pulices et pediculos ſatis multos. Pli. Ego verò miror te aliquid ſentire, qui ſic dormias, et ſtertas. Epi. Nemo dormit melius, quàm qui non ſentit quàm malè dormit. Pli. Nihil horũ animalculorũ quibus per æſtatẽ in cubiculis infeſtamur, tam mouet nauſeam, q̃ cimices odore illo teterrimo. Epi. Satis bonus prouentus eſt eorũ Lutetiæ ac Louanij. Plin. Eſt genus ligni, quod illos creat Lutetiæ, & argilla Louanij. Colloca hic mihi horologiũ excitatorium, et obijcem inſigito ad horã quartam matutinã. neq; enim volo diutius dormire. Excalcia me, pone hic ſellam plicatilẽ in qua ſedeam, matula in ſcabello ſit mihi iuxta lectulũ parata, neſcio quid olet male, ſuffias paulum thuris aut iuniperi. Cane hic mihi lyra aliquid lectum ingredienti more Pythagorico, vt citius obdormiam, & ſomnia ſint placidiora. Epict.

Somne quies rerum, placidiſſime ſomne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui pectora longis
Feſſa miniſterijs fulcis, reparasq; labori.

CVLINA.

Lucullus, Apicius, Piſtillarius, Abligurinus.

LVcul. Es tu popino? Apic. Sum. Lucul. Vbinam agis? Apic. In popina Galli gallinacei. num eges mei?

me? Luc. Etiam, ad nuptias. Api. Sine me domum tranſcurrere, vt præcipiam vxori quemadmodum ſint tractandi ganeones, quos ſcio nõ ſolere in hac ciuitate deeſſe, tum etiam aduẽtores. Luc. Audin' tu? reperies me in vico lapideo, in ædibus ſutorum. Api. Continuo adero. Luc. Bene eſt, ingredere culinam. Api. Heus Piſtillarie, & tu Abligurine, ignẽ in lare extruite ſub fumali grandibus lignis, & quantũ fieri poterit acapnis. Piſt. Putas te eſſe Romæ? hic tabernas coctilitias non habemus, è quibus ligna coctilia promũtur, habebis bene arida. Api. Ni ita ſit, tu Abligurine ſuffitor ꝑdes oculos ſufflando. Abl. Imò bibam largius. ve vino. Api. Væ aquæ. nam vinum hodie non attinges, ſi ſim ſanus. nolo mihi euertas ollas, & auxillas confringas, & cibos corrumpas. Abl. Nõ vult ardere hic ignis. Api. Inijce faſciculũ aliquẽ ſulfuratarũ, & fomitem, fruſtula aliquot cum his aſſulis. Abl. Extinctus eſt prorſum. Api. Trãſcurre ad ædes proximas cũ batyllo, & adfer nobis torrem aliquem prægrandẽ, & prunas bene incẽſas. Abl. Metallarius eſt illi hic dominus, nec ſinet carbonẽ vnũ ſub fornacibus ſibi detrahi, citius oculum. Api. Nõ eſt metallari⁹, ſed metallicida. ito ergo ad furnũ. Quid adfers, titionem magis q̃ torrem. Abl. Non habebãt prunas carbonis. Api. Quid malum carbonis? cẽſpitum hic dixeris. Tu furcilla hac moue ligna, & agita fomitem, vt ignem concipiat. ſume pyrolabem aſine. Abl. Quid rei eſt iſthuc verbum? Api. Forfex igniaria, pruniceps. Abl. Quid mihi cũ verbis Græcanicis? quaſi deſint Latina. Api. Etiam'ne aſini ſunt Grammatici? Abl. Quid mirum, quum & grammatici ſint aſini. Api. Fac finem altercandi, volo carbones aliquot, aut ceſpites accẽdas

Metallarius, qui vulgo Alquimiſta.

mihi in hoc faço,ad teſtuacia lentè incoquenda.ſuſpẽde ahenum ad ignem,ne deſit aqua calida: tum in cacabũ inijce armũ illũ veruecinæ, cum bubula ſalita.cucumã igni admoue cũ uitulina,et agnina.in chytropode elixa 2
bimus oryzã.Abl.Quid pulli? Api.Coquẽtur in auxil la ærea,quæ ſtãno eſt illita,quò ſapor ſit gratior.ſed nõ tam maturè.verua proferes ſub nonã,et pinguiaria.lu ciũ hũc ſines in aqua luſitare paulıſper, tũ exẽterabis. Abl.Carnes & piſces in eadẽ mẽſa? Api.Maximè,mo re Germanico.Abl.Atq; hoc non placet medicis.Api. Medicinæ nõ placet,medicis placet.Ego ſtipitẽ hũc grã maticum tantũ eſſe exiſtimabã,medicus etiã eſt.Abl. Nunquam'ne de quæſtione illa audiuiſti vtrũ in ciuita te plures medici an ſtulti? Api.Quis te detruſit in culi nã quũ ſis tã ſapda? Abl.Aduerſa mea ſors. Api.Imò, qđ manifeſtũ eſt,ſegnities tua et ſocordia,et gula,et lur cacitas, & ingluuies,& animus degener, ac abiectus. ideo ambulas nudis pedibus,ſemiamict⁹ ueſte obſoleta, et natib⁹ breuiore.Abl.Quid tibi cũ mea paupertate? Api.Nihil oĩno,nec velim eſſe.Sed ad rem,ne præter rẽ plura q̃ oportet.ſatis'ne ſunt hæc iuſſa,ſuperq; infixa & inculcata? ſcilicet vobis nunquã ſatis.Da mihi meã braccã,nã foras lubet prodire, cõtinuò adero cedo tudi 3
culã,inſigne artis noſtræ: hoc eſt meũ fulmẽ, & tridẽs. Piſt.Heus Abligurine,ſtatue hydrias illas in vrnario, & hanc bubulã abluito diligẽter, et cõfricato in labro. Abl. Etiam'ne tu hic quoq; imperas? vnus imperator vnis caſtris ſufficit,nõ ſufficiet culinæ vni:facito ipſe.tu es acrior exactor operæ,q̃ ipſe magiſter culinæ.nõ voca bo te poſthac piſtillariũ,ſed ſtimulum acutum.Piſt.Imò voca me Onocentron.Frange tu ergo vitulinam hãc in epixenio

Pinguiaria in qua decidit pinguæ carnium quũ aſſantur.

Onocẽtrõ aſini ſtimulum.

4 *epixenio. Comminue paulum huius caſei, vt ſpargamus ſuper hãc offam. Abl. Quomodo, manu? Piſt. Non, ſed*
5 *tyrocneſti. inſtilla huc guttas aliquot olei ex lecytho. Abl. Dicis'ne ex hoc capſace? Piſ. Statue hic mortariũ Abl. Quod iſtorũ? Piſt. Illum æneum cũ piſtillo eiuſdẽ metalli. Abl. Qua gratia? Piſt. Ad terẽdũ petroſelinũ hoc. Abl. Satius eſt in pila id fieri marmorea, piſtillo ligneo. Piſt. Quæſo cãtilla, ſicut cõſueuiſti. Abl. Ego nolo Cæſar eſſe, ambulare p Britãnos, Scythicas pati pruinas.*

Vt ſapiant fatuæ Fabiorum prandia betæ,
O quàm ſæpe petet vina piperq́; coquus.

Piſt. Fabiorũ, an fabrorũ? Abl. Quare à ludimagiſtro loripede, et pro fabris & fabijs referes egregiũ colaphũ in gena, vel in bucca. Piſt. Sic eſt homo? Abl. Vir ſtrenuus, & fortis, & manu promptus, celeritate manuum compenſat linguæ tarditatem. Piſt. Cedo vrnulã ceruiſiariam. exiccatum habeo palatũ, guttur, fauces. Abl.

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi, cur noſtras incboat illa dapes?
Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

6 *Api. Vnde tu didiciſti adeò ἐκτωσῶν? Abl. Inſeruiui nuper in Calabria ludimagiſtro cuidã poetaſtro, qui ſæpenumero cœnam aliã non dabat mihi quàm cantillationẽ centum verſuum, quibus mirificum aiebat ſaporem ineſſe, ego verò paulum panis & caſei maluiſſem, aquæ erat ſatis domi, & licebat nobis de puteo bibere ex ian mi ſententia. inde ego quũ eſuriens cõceſſiſſem cubitũ, pro epulis verſus illos ruminabã & cõcoquebã: nec mihi aliud viſum eſt remediũ ad bulimiã illã depellendã,*

quàm

quàm culinariã arripere. Api. Quæ illi præbebas miniſteria? Abl. Quę Cæſar Reip. ego eram illi omnia. eram illi à conſilijs, etſi nihil vnquam ageret conſilio. à ſecretis, quum nihil haberet ſecreti, ne latrinã quidem. ego fundebã ei aquã lauandis manibus, quas nunquã abluebat: ego ſeruabam eius theſaurũ. Api. Quẽ theſaurũ? Abl. Schedas aliquot peſſimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant, & opici mures arrodebãt. Api. Imò docti mures, qui malis poematis dentem infigebant.

TRICLINIVM.

Ariſtippus, Lurco.

ARiſt. Quid tu tã ſeriò ſurgis, & quidẽ ſemiſomnis? Lur. Mirũ eſt me eſſe toto hoc die experrectũ adeò heri edimus & bibimus. Ari. Imò vt apparet deuoraſti, ingurgitaſti, obruiſti te epulis, & vino, ſed vbinã oneraſti celocẽ? Lur. Apud Scopã in cõuiuio. Ar. Quin potiꝰ more Græco συμπόσιον vocaris, q̃ Latino verbo cõuiuiũ? Lur. Bucca buccã impellebat, intrituræ & condimenta vellicabant atq; inſtigabant deſidentẽ ſtomachum, & appetentiam non patiebantur delaſſari. Ari. Refer quæſo ordine omnia, ut uel auditione ipſa uidear mihi intereſſe, & quaſi vobiſcum potare: ut ille q in caupona Hiſpanię duos grandes panes comedit ad nidorẽ perdicis aſſæ, qui nidore vtebat pro obſonio. Lur. Quis enarrant omnia? maius negotium id fuerit, quàm vel emiſſe, vel apparaſſe, vel quod omnia ſuperat, comediſſe. Ariſtippus. Aſſideamus in hoc ſaliceto, ad crepidinem huius ripulæ. & quando ſumus otioſi, pro collocutione alijs de rebus vtemur hac ipſa gramen

erit

erit nobis uice pulumorum.innitere hac vlmo.Lur. In herba?an non humor nocebit? Ariſt. Quid?inſanis?humor in ortu caniculę?Lur. Antea recuſabam,nunc animus prurit mihi recenſere tibi plus q̃ poſtulas. de conuiuio ſolum quærebas, accipies etiam de dño,& de triclinio.rogabas vt loquerer, efficiã vt mox paulò ſilẽtium roges,indicas,imperes:vt arabius tibicen,qui ad canẽdũ obolo cõducitur,ad tacendũ tribus. Ariſt. Tu verò quantũ libuerit,nõ eris moleſtus,quãdoquidẽ in opaco loco cõſedimus,& orationẽ tuã carduelis illa vel adiuuabit,vel ad harmoniã moderabitur:vt orationem.C. Gracchi ſeruus fiſtulator.Lur.Quid iſthuc eſt rei?Ari. Poſtquã tu feceris narrandi finẽ,audies de graccis, & graculis,et de Græculis.Lur.Deãbulabamus fortè trãſuerſo foro,ego et Thraſibulus,nacti pluſculũ otij quàm ſolemus adiũxit ſe nobis Scopas. Is à nobis poſt primas ſalutationes,& blandũ congreſſum,cœpit uehementer contendere,vt poſtero die,qui heſternus fuit,apud ſe eſſemus.excuſare nos primũ,alius alia:ego autem vadimonium graue,et apud prætorẽ ualde irritabilem.Sed ille,ut libenter oſtentat ſuam magnificentiam quaſi de capite ageretur,orſus eſt accuratum ſermonẽ quid multa?addiximus,ne moleſtus eſſe pergeret.Ari.Sin quænam fuerit cauſa conuiuij? Lurc. Quæ tandem quæſo? Ariſt.Eſt quidem ipſe homo locuples,ornatus argento, veſte, ſupellectile:ſed emerat phialas argenteas tres deauratas,& pateras ſex.perijſſet pretium,ni aliquos inuitaſſet,quibus oſtentaret: & alioqui eum ille exiſtimat eſſe diuitiarum fructum. habetq́ue vxorem, à qua extimulatur ad profuſionem.quam illa magnificẽtiam nuncupat.Lur. Heri ergo ſub meridiem conuenimus in

eius

eius triclinium. Ariſt. Qualis erat cœnatio? Lur. Hy- 2
pæthra, in opaco frigore, omnia ſanè parata, ornata, ex
culta: nihil deerat ad elegantiam, ſplendorem, & lau-
titias. Planè primo ingreſſu exhilarati ſunt omniū ocu
li & animi, aſpectu illo pulcherrimo atque amœniſſi-
mo. Erat abacus ingens, plenus bonis uaſis materiæ om 3
nis, ex auro, argēto, criſtallo, vitro, ebore, murrha; alia
etiam uilioris materiæ. ſtānea, cornea, oſſea, lignea, te-
ſtacea, ſeu figlina, in quibus ars cōmendabat vilitatem
ſubſtantiæ. nā erant toreumata permulta, omnia expo
lita, exterſa, fulgor penè perſtringebat oculos. Illic vi-
diſſes duo magna malluuia argētea, oris deauratis, vm 4
bilicus erat aureus cū inſignibꝰ illius. Habebat vtrūq;
malluuium ſuum gutturnium, quorum epiſtomium erat
deauratum. ſtabat & alterum aquiminarium vitreū, 5
fiſtula deaurata cum pollubro figlino, operis Malacen *Malaca, ciuitas eſt in Hiſp.*
ſis, probè ſandaracato. Phialæ omnis generis & argen
teæ duæ ad vinum generoſiſſimum. Ar. Ad vſum meū
ampullas vitreas malim, aut etiā teſtaceas, ex ijs quæ
lapideæ dicuntur. Lu. Quid facias? ita eſt hominum in-
genium, non tam in his quęritur cōmoditas, q̄ opinio di-
uitiarum. Ar. Iſti opulentiſſimi ſæpius uidentur alijs ta
les, ſibi inopes; ideo nullus finis proferendi & ingeren-
di oculis, præſertim qui nullam habent aliam bonā ar- 6
tem, qua fidant. Sed perge. Lu. Erat cymatium abaci
tapete villoſo tectum, ex Turcia vſque allato. poſitæ
erant duæ menſulæ procul ab abaco, cum quadris &
orbibus argenteis. vnicuique additum erat ſuum ſali-
nulum, cultellus, panis, & mātile. Sub abaco refrigera
torium, & œnophora grandia. Tū ſedilia varia, ſellæ,
biſſellia, ſubſellia: & dominæ ſella plicatilis parata. vi

*ſendi operis, cum puluino ſerico, & ſuppedaneo. Ari.
Pone tandē menſam, et explica mappā. nā mihi inteſti
2 na præ fame rugiūt. Lurc. Erat menſa cibila ingens ſeg
mentata operis teſſellati antiqui, quæ fuerat principis
Dicæarchi. Ariſt. O menſa antiqua, q̃ diſpari domino.
Lurc. Illā ipſe emit in auctione ſatis magno, ſolum ꝙ il
lius fuiſſet, vt aliquid haberet principis. Lurc. Datur
aqua lauādis manibus primum magnis recuſationibus,
& inuitationibus mutuis, & cedendo inuicem. Ariſt.
Idem factum eſt in conſeſſu quum quiſq; ſe inferiorem
altero faceret, illū extolleret comitate arrogantiſſima
quum vnuſquilibet potiorem ſe reliquis omnibus cenſe
ret. Lurc. Sed dominus iure ſuo diſtribuit loca. ſacrata
eſt menſa à puerulo breuiter & perfunctoriè & nō ſine
8 rhythmo. Quod appoſitum eſt, & apponetur, Chriſtus
benedicere dignetur. Explicat quiſque ſuum chiroma-
ctrum, & inijcit ſuper humerum ſiniſtrum: hinc cultel-
lulo repurgat panem, ſiquid non ſatis putabat a mini-
ſtro purgatum. nam decruſtatus erat appoſitus. Ari. Se
debatis commodè? Lur. Nūquam cōmodius. Ari. Non
potuiſtis malè prandere. nam reliqua ſat ſcio ſuppedita
tum iri redundanter, ſi qua modò fuerunt in macello.
Lurc. Nuſquam verius, copiaq; ipſa nocet. Aſtat mēſę
ſtructor, cultellos, & furcinulas componens. ingreditur
magna pompa architriclinus cum longo agmine puero-
rum, & exoletorū, qui geſtabant fercula primi miſſus.*

CONVIVIVM.

Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Polæmon.

*SCo. Vbi nobis Simonides? Cr. Illico dixerat ſe ven-
turum, ſimul ac cōueniſſet debitorem apud forum.*

Sco.

Scop. Rectè habet. à debitore facilius ſe extricabit,q̃ à creditore.Cri.Qui iſthuc?Sco. Sicut in victoria,belli cõditiones fert victor,nõ victus. Nam à debitore,quum ipſe idem volet:a creditore,quum alter.Sed conueniſtis'ne oẽs,vt erat condictũ,relicta domi ſeueritate,afferẽtes vobiſcum hilaritatem,lepores,venuſtates,gratias?Cri.Planè ita ſpero:et erimus,ſicut monet M.Varro,belli hoĩes.Sco.Reliqua meæ curæ ſunto?Cri.Ecce tibi Simonides. Scop. Feliciter. Sim. Et vobis fauſtè. Scop. Expectatiſſime.Si planè ruſticanè.nam ad prandendum eram inuitatus,non ad expectãdum.Sed quæſo,fui vobis diu in mora? Scop. Non valde? Sim.Cur non accumbebatis ſine me?eſſetis ſaltem proœmiati de fructibus,quibus ego non admodum capior. Scop.Bona verba,te abſente aſſidemus.Cri.Satis comitatũ,exordiamur iam opus. Optimum panem & leuiſſimum,non plus habet ponderis, quàm ſi eſſet ſpongia, ſiligineus eſt ſetanius; induſtrium habetis pollinctorem. Scop. Roſcius eſt piſtrini curator. Sim. Nunquam'ne in id conijcitur. Scop. Abſit, tam frugi ſeruus? Dem. Adfer mihi autopyrum. Sim. Mihi verò ſecundarium, aut typhaceum. Scop. Cur talem? Sim. Quoniam audiui, & ita ſum expertus, minus me eſſe quum panis non eſt ſciti ſaporis. Scop. Heus puer, adferto ei panem cibarium, & vulgarem etiam ex atro, ſi ita 1
mauult.ita demum iucundiſſimè conuiuabimur, ſi quiſque quod maximè collubitum erit ſumpſerit.Po.Panis hic quem tu tantopere probas, ſpõgioſus,aquaticus eſt. malo denſiorem. Cri. Mihi uerò non diſplicet ſpongioſus, modò ne ſit ſpeuſicius, hic verò etiam hectas at- 2
tollit,quod focacei ſolent facere:quum ſit, vt ſatis ap- 3

paret, fornaceus. Pol. Cibarius hic panis et aceroſus eſt et acetoſus, thyphaceũ dicas. Sco. Sic cõſueuerũt noſtri agricolæ triticũ, omne quod huc importãt, acerare pri⁹ in villa, & miſcere multis generibus ſeminũ. ſapor autem ex fermento eſt nimio. Po. Nullum hominũ genus eſt hoc fraudolentius. nõ malefaciunt, niſi quũ neſciũt. Cri. Panis hic non eſt ſatis fermentatus. Dem. Puta te hodie Iudæum, qui azymo veſcebãtur iuſſu Dei. Cri. Id quidem, ꝙ homines eſſent peſſimi: vt interdicta eſt illis ſuilla, qua nihil palato gratius: nec ſi moderatè ſumas, ſalubrius. Et quidem azyma iuſſi ſunt comedere cum lactucis agreſtibus, quæ ſunt perquàm amaræ. Pol. Illa omnia ſenſus habent altiores, omittamus hæc. Scop. Et quidem diſputationẽ de pane. Si de obſonijs fuerit tanta controuerſia, magna erit in toto conuiuio diſcordia. Cri. Accidet nimirum, quod Horatius inquit.

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes uario multum diuerſa palato.

Scop. Appone lances illas & tympana cum ceraſis & prunis, & melis granatis, & perſicis pomis, & perſicis præcocibus. Pol. Cur M. Varro dixit, conuiuas non debere excedere numerum Muſarum, quum de eo numero non conſtet? alij enim ponunt tres, alij ſex, alij nouẽ. Cri. Dixit tanquam ſi conſtaret eſſe nouem, & ita erat vulgo receptum. vnde Diogenis iocus in ludi magiſtrũ qui paucos haberet diſcipulos, depictas autẽ Muſas in ludo: Præceptor inquit, σὺν ταῖς μούσαις multos habet diſcipulos. Dem. Sed eſtne verum. Perſas pomum hoc quod apud ipſos eſſet letale, inuexiſſe in Græciam, ad peſtem eorum quibuſcum bellum gerebant? Cri. Sic accepi. Dem. Admirabilis eſt in ingenijs terrarum varie-

tas.

tas. Gr. India mittit ebur, inquit Vergilius, molles ſua
thura Sabæi. hem cydonipersica. Sim. Nouum inſitio 5
nis inuentum, priſcis incognitum. cedo nobis pateram il 6
lam cum ficis duricorijs, qui ſunt (vt noſtis) prodromi.
Sco. Satis eſt fructuum. expleamus nos rebus alijs ſalu
brioribus corpori. Cri. Quid his ſalubrius? Scop. Nihil,
ſi ſalubre, et ſapidum idem ſunt, ſicut in meridiano ſom
no. Cri. Ego condono illis nocumentum propter oblecta
mentum. Scop. Non meminiſti verſiculū Catonis: Pau
ca voluptati debentur, plura ſaluti. Dato ſingulis ſingu
las gabatas cum iure carnium, vt ſorbeant. id verò &
calfaciet inteſtina, & blandè abluet ad molliendum
ventrē. Sim. Profecto puer amo te de ſuilla hac ſalina.
ò pertam ſapidiſſimam, maialis eſt, Braſſicas illas cum
larido, ſi mihi vis auſcultare, redde coquo, per hoc qui-
dem temporis, aut ſerua in brunam Lucanicę huius ſcin
de mihi bucceam vnam aut alteram, quo ſuauius ebibā
primum cybatum. Cri. Pareamus medicorum conſilio,
admonentium vt porcinæ addatur merum. funde vinū.
Scop. Sequitur actus fabulæ, fortaſſis hoc anni tempore
præcipuus. Spectatus huius actus apparatum. primum
omniū a caliculis cuſtos abaci ſcyphos expoſuit vitreos
criſtallini vitri cum vino albo puriſſimo, aquam putes
ſolo aſpectu. Sanmartiniū eſt & partim Rhenenſe, non
infectum, vt ſolēt in Belgia: ſed quale in media Germa
nia bibitur. Oenophorus relcuit hodie ſerias duas, alte-
ram vini Heluelli ſeu flaui ex agro Pariſiēſi, alteram
ſanguinei Burdegalēſis. habetis ī apyroto alia parata,
fuſcum Aquitanicum, & nigrum è Sagunto: petat quiſ
que ex ſententia palati ſui. Cri. Quid poteſt nuntia-
ri lætius? vt nihil eſt durius quàm perire ſiti. Ego ve-

Sanmartiniū ex illo Hiſpaniæ oppido. 2

rò mallem optimam nobis aquam proſpexiſſes,hūc nuntium audiuiſſem libētius q̃ de vino.Sco.Nec ea deerit. Sim. Nuper quum eſſem in vrbe Roma, bibi apud Cardinalem quendam vina generoſiſſima omnifariam ſa-
8 poris.nam eram pręfecto cellæ vinariæ perquā familiaris:vinū dulce,acutum,lene,ſuaue,auſterū. Dem.Mihi vehementer placet aiglauces. Pol. Sic ferè Belgicis fœminis.Sim.In pagis quibuſdā Galliæ floces apponuntur.ſecundarium autem vinum & tertiariū,habent in delicijs.Sed ea villa ſunt magis q̃ vina,et alioqui vinū Gallicum toto genere nec aquam,nec ætatē fert: itaq; paulopòſt,q̃ eſt diffuſum,bibitur:quippe poſt annum inclinat ilico,& fit dubium, tum fugiens, & acuit.quod ſi māſerit diucius,emucet,& in vappā vertitur.Hiſpa-
9 num vinum & Italicū bene fert & aquam, & ætatē. De.Quid rei eſt vinū fugiens? vientur probè dolia, & obſeretur cella,imò et domus claudatur,ſi ſit opus.Po. Vt poma fugientia,quæ ætati cedunt,nec ſeruantur et diſcedere vulgò dicimus : cuius contrarium eſt vinum cōſiſtens.De.Funde mihi prius aquam ad dimidium calicem,ſuper hāc infundes vinum more veteri.Cri.Imò & hodierno multarum gentium, Galli & Germani cō trà faciunt.De.Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam,aquæ addunt vinum: quæ vinum aquatum,vino ſuperinfundunt aquam.Cri. Quæ uerò vino aquam non adfundunt, quid bibunt? Dem. Vinum purum putum.Cri.Etiā, niſi prius ſit à vinario irrigatū.Pol.Baptiſſare id vocant,ut vinum ſit Chriſtianū.ea erat meo tempore elegantia philoſophica.De.Illi baptiſſant vinum,& ſeipſos exbaptiſſant. Pol.Peius agunt,qui inijciunt calcem,ſulphur,mel,alumen,et alia dictu tetriora,qui-

ra, quibus nihil eſt corporibus pernicioſius, in quos publicè deberet animaduerti vt in latrones, aut ſicarios. inde ſunt enim incredibilia morborum genera, & potiſſimum arthretica. Cr. ex conſpiratione cum medicis id 10
agunt, vt vtrique rem augeant. Dem. Nimis mihi porrigis plenum calicem. deple quæſo te aliquantum, vt ſit locus aquæ infundendæ. Cri. Funde mihi in ſcyphum illum coloris caſtanei. quid rei eſt? Sco. Nux prægrandis Indica, ab labris argento circumcluſa. vis ne in culullo 11
illo ligni hebeni? quod ferunt eſſe ſaluberrimum. Ne addas tantum aquæ. neſcis vetus verbum, perdis vinum infuſa aqua. De. Imò perdis vtrunque, aquam & vinum. Pol. Malo vtrunque perdere, quàm ab alterutro perdi. Scop. Lubet ne potare more Græco ex illis pateris, & capacioribus poculis? Cri. Minimè verò. Admonebas nos modò antiqui prouerbij, viciſſim admoneo te præcepti Paulini: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. & Seruatoris noſtri: Videte ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Cri. Vnde eſt hæc frigida, tam pura & pellucida? Scop. E fonte proximo. Cri. Ad vinum diluendum malim ciſternam, modo defecatiſſimam. Dem. Quid putealem? Cri. Vſibus lauandi aptior eſt, quàm bibendo. Pol. Fluuiatilem cõmendant plurimi. Cri. Rectè, ſi fluant amnes per venas auri, vt ferè in Hiſpania: & ſit quieta, & liquida. Sim. mihi verò in phiala illa Samia adfer aliquantum ceruiſiæ, quam puto refrigerando corpori hoc æſtu vtiliſſimã. Scop. Ex qua tandem ceruiſia? Sim. Ex tenuiſſima: nam aliæ nimium incraſſant ſpiritus, & reddunt obeſum corpus. Pol. Mihi item dato, ſed in vitro illo terete. Scop. Curre ad culinam, quid illi ceſſant? quin

*mittunt miſſum alium? vides iam hinc neminem attin-
gere? Adfer pullos gallinaceos, elixos cum lactucis, bu
gloſſa hortenſi, & intubo: veruecinam quoq;, & vituli
nam. Gr. Adde etiã in ſcutulis paulũ ſinapis, aut petro
ſelinati. De. Violenta res videtur ſinapis. Cr. Non ad-
modum cõgruit bilioſis. ijs tamen qui craſſis et frigidis
humoribus redundãt, haud inutilis. Pol. Idcirco ſapiũt
populi ſeptentrionales, quibus illa eſt magno vſui, præ-
12 cipuè cibis craſſis & duris addita, vt bubulæ & ſalſa-
13 mentis. Sco. Hoc loco exiſtimo pultes & ptiſanas ven-
turas in tempore, leucophagum, ſimilaginem, amylum,
orizam, vermiculos, edat quiſque ex quibus uolet De.
Vidi qui à vermiculis huiuſmodi vehementer abhorre
ret, ꝙ autumaret collectos fuiſſe ex terra aut cœno, &
vixiſſe aliquando. Cr. Scilicet metuebat, ne in aquali-
culo ſuo reuiuiſcerent. Oryzam ferũt naſci in aqua, mo
ri in vino. cedo igitur vinum. De. Ne bibe ſtatim à ci-
bo calido, intermiſce prius frigidi aliquid & ſolidi. Cr.
Quid? De. Cruſtam panis aliquam vel turũdam vnam
aut alteram carnium. Si. Vah, piſces cum carnibus in
eadem menſa? mare miſcetur terræ, hoc uetant medici.
Sc. Imò hoc placet medicis. Si. Credo, quia illis vtile.
Sc. Cur ergo vetant medici? Si. Erraui, à medicina pro
hiberi dictum oportuit, non à medicis. Sed qui ſunt pi-
ſces iſti? Sc. Appone ordine, primum lupum illum aſſum
14 cum aceto & capparibus, tum paſſeres elixos cum ſuc-
15 16 co lapathi acuti, ſoleas frixas, lucium recentem, & ca-
17 ptionem. lucium ſalitum ſerua tibi, thynnum aſſum re-
centem, & thynnum in ſalſamento, menas recentes fri
xas, cruſtulata in quibus inſunt mulli barbati, murenæ
& truttæ multis conditæ aromatis, gobios frixos, cam-*

Vermiculi, vulgo fidei.

Cruſtulata, quæ vulgo paſtilla.

maros

*maros & cancros elixos. Admiſce ſcutellas cum intri
tis alliato,piperato,erucato.Sim. Ego verò de piſcibus
loquar, non edam. Cri. Si philologus cœperit de piſci-
bus mouere controuerſiam, hoc eſt, de re incertiſſima
& controuerſiſſima, incipite nobis lectulos inſternere.
hic erit cubandũ. Sc. Nemo dignatur vel guſtare,tolle
hæc.Sim. Atqui cõuiuia olim Romæ lautiſſima,et ut ip
ſi ſoliti erãt dicere, pollucibilia, ex piſcibus cõſtabant.
Cri. Ita ſunt mutata tẽpora, etſi hoc etiamnũ durat a-* 18]
*pud quoſdã. Sco. Importate aſſa,pullos, ꝑdices,turdos,
anaticulas,querquedulas,palũbulos,cuniculos,lepuſcu
los,vitulinam,& hædinam,et intinctus ſeu embamma
ta,acetum,omphaciũ,oxypora,mala etiam medica,&* 19
*cytronia, & oliuas Balearicas conditiuas, quaſſas, &
in muria aſſeruatas. Dem. Non adſunt bethicæ. Scop.
Magis ſunt ſaporis ſciti Balearicæ.Cri. Quid fiet gran-
dibus illis beluis,anſeri,cygno,pauoni,Sco.Oſtende tan
tum,& refer in culinã. Po.Hem pauonem. Vbi eſt Q.* 20
*Hortenſius,cui erat in delicijs? Sim.Tolle agninã.Sco.
Cur tolletur? Sim. Quia eſt inſalubris. ferunt eam non
alia exire,quàm quà intrarit. Cri.Vidi quendam deuo
rare oſſa oliuarum ſtruthionicè. Sco. Ex quibus carni-* Artocreę,
bus ſunt artocreæ iſtæ? Cri.Hæc eſt ex ceruina.Sco.Hęc paſtilli ex
ex damica.illa eſt,vt puto,aprugna. Cri.Condituras ip carne.
*ſas malim quàm carnes. Sim. Planè ita eſt, etiam res
amaras condimentum reddit ſuauiſſimas. Cri. Ecquod
eſt vitæ totius condimentum? De.Aequus animus.Cri.
Aliud quiddam ego proferam amplius & anguſtius.
De.Quid tandẽ hoc meo? Cri.Pietas,ſub qua & animi
æquitas comprehẽditur,et ad res vniuerſas aſperas,fa
ciles,medias condimentũ aptiſſimũ & iucundiſſimum,*

Sco.

*Sco. Infunde vinum album Hiſpanicum in carcheſiū il
lud, & circunfer per conuiuas. De. Quid paras agere?
ſub prandij finem propinas nobis vinū forte ac genero-
ſum. dilutius erit poſthac bibendū, ſi cōſultum cupimus
valetudini. Sim. Rectè mihi videris admonere frigida
.n. oportet eſſe in conuiuio poſtrema, quæ. pōdere ſuo ci-
bos ad imū ventriculū detrudāt, & vapores caput im
21 petētes cohibeāt. Sc. Tolle iſta, muta orbes & quadras.
da ſecundam menſam: nam nemo extendit vſquam ma
num. Cri. Adeò voraui initio auidè, vt ſtatim amiſerim
appetitum. Dem. Ego item non appetitione, ſed impetu
feror ad primas dapes, inde me expleo Pol. Neſcio qd
edi de piſcibus, id guſtum meum prorſus retudit. Si. Tā
tum'ne bellariorum apparatum & cupedines, quum ni
hil ſupereſt amplius cupediæ? pyra, mala, caſeus multi-
plex, ſed palato meo congruentiſſimus eſt hippax. Cri.
22 Non reor hippacem eſſe hunc, ſed Phrygium, ex lacte
aſini, qualis è Sicilia vſq; aduehitur columellari forma
& quadra: qui quū frāgitur, in laminulas finditur, ſiue
phyluras. Dem. Caſeus hic, etſi Britannicus, fiſtuloſus
eſt. non erit mea vtiq; ſententia vobis gratus. Cr. Sed
neq; hic ſpongioſus Hollādicus. Parmenſis hic eſt bene
compactus, & ſatis (vt uidetur) recens, et ille Penafel
lius, facilè cum Parmenſi certarit. Dem. Non eſt Par
menſis, ſed Placētinus. Cri. Etiam ſi placet. vulgo Ger
manorū ſuauiſſimus eſt Caſeus uetus, putris, confriatus,
& vermiculoſus. Sim. Qui talem edit caſeum, ſitim ve
natur, & edit, vt bibat. Sco. Pictor dulciarius nimium
moratur, quin adfert ſtriblitas et artologana teſtuacia,
& ſartaginea cōſperſione in cacabū iniectā olei feruen
tis, melle ſuperfuſo? Cri. Caryotas da mihi aliquot et ad
eden-*

Penafellius, ex illo oppido Hiſpaniæ

edendum, & ad ſeruādū fortaſſe nocte hac nihil edam aliud. Scop. Cape igitur ſpatalium hoc integrum. vin' ex malogranatis? Pol. Heus puer, ſpolia nobis hanc palmā agreſtem, & da quod eſt eſui. Scop. Potionis vos admoneo. ſcitis Ariſtotelis eſſe opinionem, tragemata eſſe inuenta, vt ea nos ad bibendum inuitent, ne cibus in arido coquatur. Cri. Oportet ergo inuentorē fuiſſe vel nautam, vel piſcem, qui adeò timeret ariditatem. Sc. Adfer ea, quæ ſolent vocari ſigillum ſtomachi, poſt quæ nihil eſt nec edendum, nec bibendum: bucellatum, cydoniatum, coriandrum ſaccaro contectum. hoc verò manducandum eſt, non edendum: ſed quod ex manſo reliquum eſt aridū, expuendum. Collige fruſta et reliquias in caniſtris. adfer aquas odoriferas, roſaceam, floris mali medici, moſcatam. Pol. Agamus Chriſto gratias. Puer. Agimus tibi gratias Pater, qui tam multa ad hominum vſus condidiſti, annue, vt tuo fauore ad cęnam illam veniamus tuæ beatitudinis. Pol. Agamus nunc domino gratias. Cr. Age tu. Pol. Imò agat Democritus, qui in hiſce rebus multum valet. Dem. Gratias tibi non poſſum agere pro merito hoc ſtatu Reipublicæ, vides enim omnia à Bacco perturbata, ſed recitabo quas Dionyſio egit Diogenes, nam mandaui memorię: tu labenti memoriæ, et linguæ titubanti, in tāta eluuione habebis veniā. Sco. Dic quicquid libuerit, ſcribetur in vino. De. Defatigaſti teipſum Scopa, vxorem, famulos, famulas, vicinos, coquos, pictores, ut nos magis comedēdo & bibēdo delaſſares. Socrates ſapienter, qui in mercatum celeberrimum ingreſſus exclamarit, O dij immortales, quàm multis ego nō indigeo. tu cōtrà poſſes dicere, Hæc omnia quotula portio ſunt eorum quibus ego indigeo?

Naturæ

Naturę placent modica,et illis ea ſuſtentatur,ac fulci tur.hæc tam multa,tam varia, obruunt naturam.meri tò Plinius:Varietas ciborum homini peſtilens,peſtilen tior condimentorum . referimus hinc domum grauata corpora,referimus animos obrutos ac demerſos cibis et potionibus, vt nullo hominis officio ritè poſſimus fungi. Tu ipſe iudicato, ecquam tibi gratiam debemus . Scop. Hæccinæ eſt gratia,quam habetis?ſic rependitis prandium tam opiparum? Pol.Ita planè.quod enim maius beneficium,quàm vt fias ſapientior? tu nos domum remittis planè bruta, nos te domi tuæ volumus hominem relinquere , vt ſcias conſulere tuæ ac alienæ valetudini,& ſecundum naturæ deſideria viuere, nõ iuxta cor ruptas ab ſtultitia opiniones. Vale, & ſape.

EBRIETAS.

Aſotus, Tricongius, Abſtemius, Glaucia.

ASotus.Quid tu dicis Tricõgi? quàm lautè nos heri accepit Brabantus ille?Tr.Male ſit illi,nõ potui tota nocte quieſcere. Vomui(ſit habitus honos veſtris auribus) conuolui me ſubinde toto lecto, modò ad ſpondam interiorem,modò ad exteriorem.fauces et ſtomachum videbar mihi reiecturus: nunc præ dolore capitis nec oculorum officio poſſum fungi, nec aurium.lamina ponderoſa plumbi videtur mihi in frontem et oculos incumbere.Aſ.Frontem & tempora fortiter aſtringe faſcia,et rex videberis.Tr.Seu ipſe potius Bacchus, à quo inſtitutum manauit diadematum in reges. Aſo. Recipe te domum, & edormi crapulam. Tric.Domum verò ? nihil æquè fugio & auerſor,vt domum & vxorem clamoſiſſimam . ea ſi me nunc aſpiceret , longiores

haberet

*haberet homilias quàm Chryſoſtomus. Ab. Hoccine ap
pellas tu lautè tractari? Gl. Planè ita eſt. nam lauerũt
probè guttur et fauces. Ab. Manus verò? Gl. Ne ſemel
quidẽ. Aſ. Imò ſæpe vino et lacte, dũ alij in aliorũ pate
ras immittebamus manus. Gl. Quid põt dici lautius? et
quidem digitos pingui carniũ & embammatis inuiſca-
tos. Ab. Tace ꝑ diuos. quiſq; poſſet abſq; nauſea rẽ adeò
audire obſcœnã? quanto minus videre, aut de eiuſmodi
vino aut lacte guſtare? Aſ. Diui veſtrã fidẽ, adeon' es
Abſtemi delicatus, vt hæc ne auribus quidem poſſis de
uorare? quid faceres palato, ut nos? Sed heus tu Tricon
gi, cõpotator ſuauiſſime, mittamus puerũ aliquẽ, qui no
bis ĩ illa phiala fictili adferat ex eodẽ uino, nulla eſt cer
tior huic veneno theriaca. Tr. Eſtne hoc exploratum?
Aſ. Quidni eſſet? memineris verſus quos cãtat Colax:* Alluſio ad iocum Plautinũ.
*Ad ſanandũ morſum canis nocturni, ſume ex pilis eiuſ
dẽ canis. Gl. Narra quæſo de cõuiuio. Ab. Ne narres,
niſi velis me reuomere quicquid habeo in ventriculo,
cũ ipſis vitalibus. Gl. Faceſſe igitur pauliſper. Aſ. Ego
narrabo q̃ cõmodiſsimè, vt nuſquã ſit honos præfandus.
Gl. Incipe obſecro, aduerte animum Abſtemi. Aſ. O
Glaucia mi ante oĩa iſtud ex me habe, nullũ eſſe hoĩum
genus qđ cõparari poſſit cum feſtiuo & largo cõuiuato
re. Quidam oſtentãt eruditionẽ rerũ variarum. i. mera
nugamenta: alij iactant experientiã, & vſu collectam
prudentiã: quorſum id? Sunt qui habent quidẽ opes, ſed
non audent expẽdere. miſeri, quid eos iuuat aſſeruare?
benignus cõuiuator vbiq; prodeſt, vbiq; eſt gratus. uel
ſolus illius aſpectus exhilarat triſtitiã animi, & diſcu-
tit ſi qua eſt in eo miſeria, ſiue recordatione conuiuij, ſi
ue ſpe atq; expectatione, alia oĩa quæ dicunt bona ani-
mi,*

mi nec ego video,et ſunt ieiuna atq; infrugifera. Ab. Rogo te Aſote,quis eſt autor tam bonæ ſentẽtiæ? Aſo. Ego et oẽs mei ſimiles.i.pleriq; ex Gallia Belgica à Sequana ad Rhenum flumẽ.tm̃ diſſentiũt inter nos homuli quidã,vel miſeri & præparci,qui Abſtemio ſuũ inuidẽt cognomen,frugi volũt appellari:vel quidã magna ſapiẽtiæ opinione ſuffarcinati,ideſt inani nomine,quos etiam nos(ideſt,maxima pars hoĩum & præcipua)ridemus. Ab. Quid audio? Glac. In hoc iſte non fallitur, etſi ebrioſus.nã nuſquam eruditio minus habet pretij q̃ in Belgica. non aliud eſſe rentur virum eruditione præſtantẽ,q̃ futura vel textura. Ab. Atqui ſtudẽt hic multi,& non infelici profectu. Gl. Deducuntur à parẽtibus parui filij ad ſcholas,tanquã ad opificiũ, quo parant ſibi deinceps uictum. Ipſi etiam ſcholaſtici dictu incredibile,q̃ parui inſtitutores ſuos faciũt,q̃ proſequantur honore exiguo,et præmijs adeò tenuibus, vt doctores inſignes ac primi noĩs tolerare ſeſe vix poſſint. Abſ. Iſta ſunt ab inſtituto ſermone aliena. reuertamur ad conuiuium. Aſo. Hoc malim audire. & miſſos faciamus iam tandẽm ſermones iſtos ſtudioſos,qui ſunt profectò infrugiferi. Neſcio quẽadmodũ vos Itali de eruditione ſtatuatis:mihi certè res videtur nõ ſolùm inutiliſſima,ſed etiam damnoſa. Ab. Idem videt̃ boui & ſui,quod tibi. & nobis quoq; videretur,ſi non plus haberemus mẽtis q̃ tu. Aſ. Non eſſet finis. Itaq; audi iam primum oĩum accubuimus ſeueri & triſtes,ſacrata eſt menſa,ſilentiũ vbiq; & quies, cœpimus expedire cultellũ quiſq; ſuũ, ſpeciẽ præbebamus non inuitatorũ,ſed inuitorũ,adeò id diceres facere nos coactos. et faciebam⁹ re vera admodũ ſegniter: nõdũ.n.incaluerat animus ardore illo libe

ro,

ro.aptat quiſq; mantile ſuũ humeris,nõnulli etiã pecto ri,alij de mappa extendunt ſuper gremiũ: ſumit panẽ, aſpicit,voluit,purgat,ſi qd eſſet carbonis aut cinerũ de corticat,& hæc oĩa lentè & cunctabundè.Quidã auſpi cati ſunt cœnam à potione:alij prius quàm biberẽt,pau lulũ ſumpſerunt acetarij,& bubulæ ſalitæ,ad excitãdũ dormiẽs palatũ,& ſtimulãdũ languidulũ. primus ſcyphus fuit ceruiſiæ, vt frigidũ cæmẽtũ ſubſterneretur ar dori uini.Allatus eſt ſacer ille liquor,primũ poculis an guſtis et exiguis,quæ magis ſitim irritarẽt, q̃ reſtingue rẽt.Dñs homo feſtiuiſsimus,qui potiorem in hac tota re gione nullũ habet,ac ne parem quidẽ, mea vtiq; ſentẽ tia,(quod ſit dictum ſine cuiuſquam iniuria)iubet adferri pocula capaciſsima,& cœptum eſt largiter potari more Græco,ut dicebat illhic philogræcus quidã qui Lo uanij olim ſtuderat.Ibi cœpimus loq,tũ incaleſcere,hilaritas vbiq; et riſus diffuſiſsimus.ò cœnæ noctesq́; deo rũ.alij alijs præbibimus, & magna æquitate faciebam⁹ paria nefas erat ſodalẽ fraudare,tali prȩſertim tempo re.Ab.Meritò, quum agitur non de calice vini ſed de ſenſu & mente,rebus in homine præcipuis.Sed vt hac de re tam læta,tam feſtiua tu & ego colloquamur,primum rogandus es an ſis ebrius.Aſ.Non reuera,et facile eſt cognoſcere ex ordine orationis meæ.nã ſi eſſem, putas me hæc referre potuiſſe adeò cõpoſitè? Abſtem. Rectè eſt alioqui iuxta Mimi verſiculum, cum abſente litigarem.Principiò cur non extruitis templum aliquod in hac regione Baccho,cæleſtis huius liquoris repertori? Aſotus. Hoc veſtrum eſt, qui ædem habetis Romæ Sergij & Bacchi. nobis ſatis eſt quotidie illi paſſim ſacra facere. Et fortaſſe erigeremus templum,

Philogræcus, Varronis vocabulum.

plum, ſi cõſtaret fuiſſe illum inuentorẽ: nã ea de re audiui diſputari inter ſtudioſos quoſdã. Sũt qui putent primũ fuiſſe Noam, qui vinũ biberit, quiq; ſit inebriatus. Ab. Dimittamus iſta. Cedo, quod vinũ bibebatis? Aſ. Quid nr̃a refert, quod ſit vinũ, aut cuias: habeat modò nomen & colorem vini, id ſatis eſt nobis. delicias illas quærat Gallus, aut Italus. Ab. Quæ ergo poteſt eſſe delectatio, quũ id non guſtas, quod in corpus ingeris? Tr. Fortaſſe nõnulli initio aliquid guſtant, integro palato: mox vero deprauato ex tanta humoris redundãtia, guſtum oẽm amittunt. Ab. Siti iam extincta, nulla ſupereſt voluptas, quæ tota ſita eſt in ſatisfaciendo deſiderijs naturalibus: ita ut tormẽti ſit genus ſine ſiti bibere, aut ſine fame edere. Tr. Putas nos Abſtemi ad voluptatẽ potare, aut qđ ſit iucundũ? Ab. Tãtò ergo eſtis peiores beſtijs, quæ auiditatibus naturalibus aguntur. vos neq; illhuc ducit ratio, & retrahit natura. Tr. Ducit nos eò ſodalitas, & paulatim inebriamur imprudentes. Ab. Quoties eſtis inebriati? quoties alios ebrios uidiſtis? Tr. Quotidie plurimos. Ab. Nõ ſufficiunt ergo tam multa experimenta ad deuitandũ rem tam fœdã. atqui belua vel vno expimento fieret cautior. Gl. At ſodales iſtos, in quorũ grãm tranſeunt ex hominibus in beſtias, ſcis q̃ habent charos dum potant, darẽt illis præcordia: digreſſi illhinc, vix agnoſcunt, vitam & animã cuiuſuis illorum nollent redẽptam ſibi numo ſeſtertio. Ab. Quibus ex poculis hauriebatis vinũ, & quomodo? Aſ. Primùm allata ſunt vitrea, paulopòſt ob periculũ ſublatis illis exhibita argẽtea. In vinũ inijciebamꝰ à primo herbulas, quod id ſuaderet anni tempus, paulopòſt ius carnium, lac, butyrum, cremorẽ. Ab. O ſpurcitiem, vel beluis

luis quidem tolerabilem. Tr. Quantò tu tragicoteron exclames, ſi ſcias alios in aliorũ pocula manus ſordẽtes immittere? cõijcere ouorũ & pomorũ & nucũ putamina, & oliuarum ac prunorũ oſſa? Ab. Abſtine ab hiſce narrandis, ſi vis ne me hinc in ſyluas aliquas fuga abripiam. Tr. Audi tu in aurẽ Glaucia. Quidam horum geſtãt in faciendo itinere cornu venatoriũ, plenũ, vt neceſſe eſt, puluere, et ſtipulis, & floccis, et ſordibus alijs. ex hoc bibimus. Gl. Quid. Tr. Quid verò? vinum. Gl. Imò uerò mentem. Tr. Planè ita eſt, & poſt epotã mentem, matulis non admodũ mundis ſumptis de ſcamno lecticari, vſi ſumus pro calicibus. Ab. Quis fuit cõuiuij exitus tanquã fabulæ? Aſ. Natãt vino pauimẽta. Inebriati ſumus oẽs, hoſpes in primis, hõ ſtrenuus, deiectis ſub mẽſam magna victoria duob⁹ aut tribus. Ab. O præclarã victoriã, & de re pulcherrima ac prędicãda. Sed oẽs tñ vinũ vicit? As. Etiam. Ab. Miſerum te, quid putas eſſe ebriũ? As. Probè & ex animi ſententia indulſiſſe Genio. Ab. Cui genio? bono an malo? Gl. Si rectè omnia ſcruteris, nuſquam inuenies cui indulgeant. neq; enim animo, nec voluptati, nec vlli rei alteri, cui alij indulgent, qui vitijs obtemperant, & prauis animi cupiditatibus. Sed inebriari, eſt ſenſuum facultates amittere, exire de poteſtate rationis, iudicij mentis: planè ex homine fieri vel pecus, vel ſaxũ. Quę deinceps ſequantur, etſi nunquã ebrios vidi, tñ facillimũ eſt cõiectare: loqui, & neſcire quid loquaris: ſi quid cõmiſſum eſt tibi arcanum maxime celandum, effutire. atque ea dicere, propter quæ te & tuos et ſæpe patriã ac prouinciã vniuerſam in graue diſcrimẽ adducas: nulla diſtinctio amici et inimici, vxoris et matris: rixæ, iurgia, inimicitiæ,

plagæ, vulnera, mutilatio, occiſio. Tr. Etiam ſine ferro & ſanguine. nam nõ pauci continuant ebrietatem cum morte. Glau. Quis non malit domi ſe cum cane aliquo aut fele includere, quàm cum ebrio? pl⁹ enim mẽtis eſt in illis animantibus. Ab. Poſt ebrietatem verò cruditas, debilitatio neruorũ, paralyſes, arthretici cruciat⁹, grauis dolor capitis & corpis totius, hebetatio ſenſuũ omnium. memoria extinguitur, ingenijs acies retunditur; vnde ſtupor in tota mente, & ad intelligendum ſapiendumq;, & ad eloquendum. Aſ. Iam incipio intelligere, magnum eſſe malum ebrietatem. poſt hac dabo ſedulam operam, vt bibam ad hilaritatem, nõ ad ebrietatẽ. Gl. Hilaritas eſt ianua ebrietatis. nemo venit ad bibendum eo animo, vt inebrietur: ſed bibendo exhilaratur, continuò pòſt ſequitur ebrietas. difficile eſt enim ſignare hilaritatis metã, atq; in ea ſiſtere. Lubricus eſt gradus ab hilaritate ad ebrietatem. Ab. Dum vinum habes in ſcypho, illud eſt in tua poteſtate; dum in corpore, tu es in illius: haberis iam, non habes. quum bibis, tu tractas vinum pro tuo libito: poſtquam biberis, illud te tractabit pro ſuo. Aſ. Quid ergo? nunquam'ne eſt bibendum? Ab. Dum vitant ſtulti uitia, in contraria currũt. bibendum quidem, nõ potandum. natura ſola in hoc docet bruta hominem non docebit eadem natura ratione adiuta? Edes quum eſuries, bibes quum ſities. fames & ſitis admonebunt quantum, quando, quatenus edẽdum & bibendum. Aſ. Quid ſi ſemper ſitiam, nec ſitim poſſim mitigare, quin fiam ebrius? Ab. Bibe, quod inebriare non poſſit. Aſ. Non fert conſtitutio mei corporis. Ab. Quid ſi tantum eſuries, vt exatiari nullo cibo poſſes, niſi diſrumpereris? Aſ. Ea verò nõ eſſet fames, ſed morbus.

morbus. *Ab.* Nimirum opus eſſet medicina ad eam famem, tollendam, nõ dapibus. nonne? *Aſ.* Quid ni? *Ab.* Eodẽ prorſum modo medico tibi eſſet opus ad eã ſitim, nõ caupone: & potione de pharmacopolio petita, nõ de œnopolio. nõ eſt ea ſitis, ſed morbus, & quidẽ pnicioſus.

REGIA.

Agrius, Sophronius, Holocolax.

AGr. Quid eſt quod tã multi regẽ comitãtur tam vario cultu? *So.* Quin tu potius vultus contẽplaris quàm cultus? magis ſunt enim vultus varij ac diuerſi, quàm cultus & veſtitus. *Ag.* Iſtud quoque de vultibus quandam habet cauſam? *Sop.* Veſtiuntur quidem aliàs pro facultatibus, aliàs pro ratione dignitatis aut generis ſæpe etiam ut cuiuſq; eſt vel ambitio vel vanitas. multi quoq; veſtimentorum elegantia utuntur pro hamo, & reti, ad fauorem captãdum vel regis, vel procerum, animos puellarum non raró. Vultus autem affectus animi ſequitur: talis eſt ferè, qualis interior animi habitus. *Agr.* Sed cur tam multi huc conueniunt? *Ho.* An non decet vt plurimi ſint, vbi eſt caput et regimen prouinciæ totius? *So.* Optimè, ſed pleriq; non adeò rempublicam ſpectant, vt priuatam: & ſequuntur eum, in cuius manu eſt regimen non tam patriæ, quàm fortunarum. *Hol.* Quid ni? quandoquidem omnia ſunt pecuniæ venalia. *So.* Sic iudicant illi, quibus animus & mens nihil omnino eſt: valetudo autem & dotes corporis viles. *Agrius.* Quid opus eſt in hoc tumulto aulico tanta philoſophiæ ſpeculatione? ego verò malim de vobis intelligere, quinam ſint iſti tanto numero, tam

varia ſpecie ac forma. Hol. Ego tibi omnes percenſebo ordine. nam Sophronius hic quantũ intelligo, nõ eſt ad modùm in regijs uerſatus: ego uerò comitatus omnes regios adij, penetraui, perſcrutatus ſum, perſpexi, gratus ſemper omnibus & iucundus. So. Inde credo paraſti tibi cognomẽ illud Holocolacis. Ho. Rẽ tenes, ſed tu Agri auſculta. Ille in quẽ aures, oculi, mẽs omniũ intẽta eſt ac defixa, eſt rex, caput Reipublicæ. So. Verè caput, et ideo ſalus, quum eſt ſapiens ac probus: pernicies aũt, quũ malus aut demens. Ho. Ille, qui ponè ſequitur puellus, eſt filius eius hæres, quem in aula Græca uocabant δέσποταν hoc eſt dñm: in Hiſpania vocãt Principem, in Gallia Delphinum. Torquati illi in veſtibus holoſericis et holobryzis, ꝓceres ſunt regni, inſignes dignitatũ militariũ nominibus, principes, duces, præſides limitanei, quos marchiones noĩant, comites, viri, qui barones voce barbara nominanĩ, equites. Ille eſt magiſter equitũ, quem vulgò comitem ſtabilẽ appellãt nomine ex aula Grçca ſumpto, ubi magnus Cõmeſtabul⁹ cognominabaĩ ſicut præfectus maris Admiralus. Eſt & prætorio præfectus, qui nõ ſolùm palatio præerat, ſed etiã ſatellitio, quem Romuli tempore præfectũ celerum nominabant, & ſatellites ipſos celeres. Ag. Qui nam ſunt illi in veſtibus talaribus, magna ſeueritate vultus? Hol. ſunt regij conſulatores. So. Iſtos quos in conſiliũ adhibet Princeps, prudẽtiſſimos eſſe oportet, magni rerũ vſus, & in decernendo grauitatis ac moderationis ſummæ. Agr. Qui iſthuc? So. Quia ſunt oculi & aures Principis, atque adeò regni vniuerſi. & eò magis, ſi cæcus aut ſurdus ſit rex, captus ſuis ſenſibus vel ab ignorantia, vel à delicijs. Agr. Etiã ne luſcus ille, & ille alter ſurdaſter,

oculi

oculi atq; aures ſunt regis? So. Peior est cordis cæcitas et ſurditas. Ho. Eos, q ſunt à cõſilijs ſequunẽ ſcribæ, nec ij pauci uel uni⁹ ordinis. tũ q pecuniã principalẽ tractãt vel procurant, coactores, tribuni ærarij, præfectus fiſci, procurator fiſci, & fiſci aduocatus. Ag. Qui ſunt iuuenes illi cõptuli & feſtiui, qui ſemper regẽ ſectantur, & aſtãt illi, alij arridẽtes, alij ore aperto velut admirabũdi? Ho. Hęc eſt cohors intimorũ amicorũ, deliciæ atque oblectamenta regis. Ag. Duos illos ingredientes cur aſſectantur tam multi vultuoſi? Ho. Quia is eſt apud regẽ fides præcipua. alter eſt præfectus ſacris ſcrinijs, ſiue princeps ſcribarũ alter à ſecretis arcanis, apud quẽ eſt regni breuiarũ. idẽ eſt principi a memoria: eaq; de cauſa offerũt ſe illi quotidie tã multi, vt memoriã illius de ſe refricent ac renouent. quãdoquidẽ is eſt principis memoria. Illi aũt qui ducunt uultus, ſunt litigatores, quiq; res ſuas perſequuntur: nec eorum vnquam negotia finẽ inueniũt, longa contexta ſerie procraſtinationum. Duo illi qui deãbulant in porticu, præfecti ſunt, alter cubiculo, alter regio equili. habent hi ſub ſe alios pmultos cubicularios & equiſones. Sed ingrediamur regiam cœnationem. Ag. Ah quanta turba, qui apparatus tam anxius & moroſus? So. Id verò maiore cum admiratione fueris intuitus, ſi ſcias, q̃ leuem ad rem pertinet: nempe vt ſorbeat ouum, vnũ, et pauxillũ vini bibat nauſeabundus. Ho. Ille eſt hebdomadæ huius architriclinus cũ ſcirpo Indico. pocillator eſt adoleſcens ille. ſtructor nõdũ eſt ingreſſus. Ag. Qui ſunt cũ rege prãſuri? Ho. Quinam eſſet tã beatus, qui poſſet epulis accũbere diuum? So. Atqui olim regiæ menſæ adhibeantur cõuiuæ, modò duces exercitati, modò viri claro genere: aliàs inſignes

vel vſu rerũ,vel eruditione, quorũ ſermone rex fieret melior ac ſapiẽtior.Sed Gothica et aliorũ Barbarorum ſuperbia morẽ hunc noſtrum inuexit.Ho.Habent proceres aſſeclas ſuos armigeros,exoletos,pueros pediſſequos pueros à pedibus,ſiue à calcari.Sunt inter eos diuites magnificentiſſimi,q pleroſq; excipiũt cœna recta, alij quibus hoc moleſtũ uideẽ,mittunt amicis ſportulas: idq; eſt amicis tenuioribus vtilius . ſed recta conuiuari plus hẽt ſplẽdoris.Ag.Aliud hoĩum genus uidere mihi videor in illo cęnaculo.Ho.Illud eſt gynęciũ,ibi regina habitat cũ matronis ſuis & puellis.aſpice vt ingrediuntur & egrediunẽ ex Parthenone, tanquam apes ex alueario,iuuenes amatores,mancipia Cupidinis.So.Sæpe & ſenes,bis pueri. Ho. nihil eſt maioris voluptatis, q̃ audire illorũ acutè excogitata dicta uel poemata,cantiunculas,melodias antelucanas, confabulationes cum puellis videre ſaltationes, obãbulationes, varietates colorũ incultu,habitus & formas veſtimẽtorũ.habent pueros amanuẽſes,per quos mittuntur & remittuntur mandata:hi verò nuntiant et renuntiãt vltro & citro mandata,qua ſolertia,diligẽtia,educatione,diui ueſtrã fidem nudis capitibus,flexo poplite,atq; etiã poſitis genibus audire eſt quotidie et videre aliqd noui inopinati,acutè et ſubtiliter excogitati vel dicti,aĩosè aut dexterè,aut ſolutè facti.So.Imò diſſolutè. Ho.Quæ felicitas maior? qs poſſit ab huiuſmodi ſuauitate diuelli? So. Colax Colax,& tu ſine amore inſanis, & ſine vino ebrius es.quæ ineptia põt eſſe maior,q̃ iſta abs te deſcripta?Ho.Neſcio qui fiat,vt ex ſcholis videas pleroſque diſcedere,ingreſſi ſemel aulã in ea cõſeneſcant.So.Tanquam qui de Circes poculo biberant, amiſſa mẽte et in

bellua-

belluarum ingeniũ degenerantes, nolebãt inde egredi, & ad hominum naturam ac cõditionẽ redire. Ag. At hi oẽs, quum ſe ad ſuam quiſq; domum receperunt, quid agunt? quibus ſe actionibus occupant, vt ſaltem fallant tempus? So. Plerique oẽs nihil magis addunt ſerium, q̃ quod cernis. atq; adeò otium illis multorum vitiorũ parens eſt ac nutricula. Ludunt quidam taxillis, chartis, alueolo aciebus: alij per occultam detractionem & artificioſam maledicẽtiam horas pomeridianas tranſmittũt, hoc eſt, quibus domi deſident: aliqui mirificè capiuntur ſcurris & planis, in quos ſunt profuſiſſimi, cætera præparci & ſordidi. Sed præcipua aulæ corruptela eſt, aſſentatio uniuſcuiuſq; erga alios oẽs: quodq; peius eſt, erga ſemetipſum. ea efficit, vt nullus vnquam nec à ſe, nec à ſocio veritatẽ conducibilẽ audiat, niſi forte in iurgio: quã is tum parũ pro veritate accipit, ſed pro contumelia. Holo. Hic quæſtus eſt nunc multò vberrimus. tu cum tua veriloquentia eſuries ſtrenuè: ego arridendo, ad blandiendo, omnia approbãdo & laudando, euaſi locuples. Ag. Non poſſent hæc incommoda reges corrigere? So. Perfacilè, vellent modò. Sed alijs hi mores placẽt, quia ſuorũ ſimiles: alij ipſi ſibi eas occupationes arceſſunt, per quas nunquã vacet recti aliqd aut ſani cogitare. non deſunt, qui remiſſis animis, et diſſolutis, non arbitrantur illius domus ac familiæ mores ad curã ſuam pertinere: quæ non pertinent profectò minus, quàm ad vnumquenque noſtrum ſua domus priuata.

PRINCEPS PVER.

Morobulus, Philippus, Sophobulus.

Mor. Quid agit tua celſitudo Philippe? Phi. Lego, et ediſco, ut ipſe intueris. Mo. Intueor ſanè, 1

& cum dolore. defatigas te, & maceras generoſiſſimũ iſtud corpuſculum. Phi. Quid ergo agerem? Mo. Quod alij proceres, principes, viri nobiles & opulẽti: eqtare, confabulari cũ puellis Auguſtæ matris tuæ, ſaltare, diſcere artẽ tractãdi arma, luſitare folijs aut pila, ſalire, currere. hæc vides eſſe ſtudia nobilitatis iucundiſſima. Quòd ſi tantis oblectationibus fruunt, q vix digni ſunt vt in familiam tuã admittãtur: quid te facere cõuenit, tanti Principis filiũ, & hæredem? Ph. Quid ſtudium literarum? nihil ne prodeſt? Mo. Prodeſt quidem, ſed ijs qui ſunt initiandi ſacris, aut qui ea arte uictũ ſunt ſibi cõparaturi: quemadmodũ alijs ſutoria, alijs textoria, et artes cæteræ quæſtuariæ: Surge quæſo te, pone libros de manibus, eamus deambulatũ, certè vt reſpires aliquantiſper. Ph. Non licet mihi nunc per Stunicã, et Siliceũ. Mo. Qui ſunt hi Stunica et Siliceus? an nõ ſubditi tui, ĩ quos tu habes imperiũ, nõ illi in te? Ph. Stunica eſt educator meus: Siliceus autem inſtitutor literarius. Subditi ſunt illi quidẽ mei, ſeu veri⁹ patris: ſed pater, cui ego ſum ſubditus, ꝓfecit illos mihi, & me illis ſubiecit. Mo. Quid ergo? dedit pater celſitudinem tuã in ſeruitutem illis hoĩbus? Ph. Neſcio. Mo. Ah facinus indigniſſimũ. So. Minimè verò o fili. imò illos fecit ſeruos tuos, quos voluit tibi ſemper adhærere, oculos aures, animũ mentem in te vnum defixam gerere ſemper, & relictis ſuis quẽq; negocijs tuum vnius negociũ agere: non vt te imperiosè uexẽt, ſed vt rudes tuos mores boni illi & ſapiẽtes viri ad virtutẽ, decus, atq; excellentiã formẽt: non quò te reddant mancipiũ, ſed vt verè liberum, & verè principem. quibus ſi non obtẽperaueris, tũ demũ ſeruus eris extremæ conditionis, peior ijs qui hic inter nos uerſantur,

ſani,empti & venditi ex Aethiopia vel Africa. Mo. Cuius tandem eſſet mancipiũ,ſi illis educatoribus morẽ non gereret? So. Non certè hominũ, ſed vitiorum, qui domini ſunt importuniores atq; intolerabiliores quouis homine improbo & ſceleroſo. Ph. Non ſatis iſta intelligo,quæ dicis. So. At intellexiſti,q̃ Morobulus? Ph. Planiſſimè omnia. So. O quam eſſent homines felices,ſi q̃ citò habent ſenſum atq; intelligentiam rerum leuium et malarũ,haberent etiam bonarũ & cõducibilium. Nũc verò contrà euenit. ætate iſta nugas, ineptias, imò inſanias,ad quas te Morobulus eſt abhortatus,facilè intelligis:quę ego de uirtute,de dignitate,de omni laudis genere dicerem,tam caperes; quàm ſi Arabicè loquerer aut Geticè. Phi. Quid ergo faciundum conſuleres? So. Vt ſaltem ſuſtineres aſſẽſionem, nec huius ſuaſibus nec meis acqeſceres, quoad de vtriſq; poſſes iudicare. Ph. Quis dabit hoc iudicium? So. Aetas, inſtitutio, experimenta. Mo. Hui q̃ eſſet longum iſta expectare. So. Bene monet Morobulus. abijce libros: eamus luſitatum, et ludemus ludum, in quo vnus eligitur rex. is præſcribit alijs quæ ſint agenda, parẽt cæteri iuxta leges luſionis. tu eris rex. Phi. Vt erit ludus? nã ſi eum ignorem, quo modo potero regem in illo agere? So. Quid dicis Philippule dulciſſime, deliciæ Hiſpaniarum? in ludo & rebus leuiſſimis,in quibus error nihil adfert periculi non auderes regnũ ſuſcipere,ludi neſcius,et vis tot et tãta regna ſeriò capeſſere ac regere, ignarus cõdtionũ populorum,legũ,adminiſtrationis? deniq; rudis totius prudentiæ,inſtructus ſolùm ridiculis ineptijs,quas tibi Morobulus hic in aĩum inſtillat? Heus puer,dic præfecto equilis,vt proferat huc equum illũ Neapolitanum ferociſſimum

mum calcitronē & ſternacē, in quo Philippus ſedeat. Phi. Minimè illum verò, ſed alium cicuratiorem. nã regendi equi tã refractarij nõdum artē habeo, nec vires. So. Quæſo Philippe & putas tu leonem vllũ eſſe æquè ferocem, aut equũ adeò calcitronē, & refractarium; & minus parentem frænis, quàm gentes ac cœtus hoīum? qui conueniunt, et congregantur ex omni vitiorum, flagitiorum, ſcelerum & facinorum genere, ex animi perturbationibus cõcitatis, incenſis, inflammatis, ardentibus? equum non ades attingere, populum poſcis quouis equo ad regendum tractandumq; difficiliorē. Sed miſſa iſthæc faciamus. Vides in hoc flumine illã cymbulã? nauigatio eſt iucundiſſima atq; amœniſſima inter prata et ſalicta, quæſo deſcendamus in eam: tu ſedebis ad clauũ, & ages cymbam. Phi. Ita planè, vt vos ſubuertam, & demergam, quemadmodum nuper fecit Pimētellulus. So. Nec cymbã quidem gubernare vis, in amne tã modico & tam placido, quia rudis: & cõmittis te mari illi, vndis, fluctibus, tēpeſtati populorũ, inſcius & inexpertus. planè vſu tibi venit, qđ Phaetonti: qui aurigandi neſcius, ardore iuuenili currũ patris gubernandũ ſibi depopoſcit. notam eſſe tibi fabulã reor. Præclarè Iſocrates, duas res maximas in hominũ vita dicebat eſſe, principatum & ſacerdotium: quas tñ nemo nõ expeteret tanquã dignus, nemo non crederet ſe rectè poſſe gubernare tanquã prudentiſſimus. Phi. intelligo nihil eſſe conditioni ac perſonæ meæ perinde neceſſariũ, vt artem ac peritiã regēdi regni. So. Probè rem tenes? Phi. Q̃uo eam aſſequar? So. Eduxiſti tu illam tecum ex matris vtero? Phi. Nihil minus. So. Quomodo igitur ſcies, niſi diſcas? Phi. Nullo modo. So. Qua igitur fronte audet

det

det Morobulus hic eſſe tibi autor, vt ea ſtudia reijcias, quibus et artis huius peritia, et aliorũ rerũ maximarũ ac pulcherrimarũ cognitio paratur? Phi. A quibus ergo ſunt hæc hauriẽda? So. Ab ijs, qui ea maximis ingenijs animaduerterunt atq; obſeruarũt: quorũ alij ſunt mortui, alij viui. Phi. E mortuis quomodo diſcendum? poſſunt ne mortui loqui? So. Nunquam'ne fando audiui ſti nominari Platonẽ, Ariſt. Cice. Senecã, Liuium, Plutharcum? Ph. Magna nomina: ſæpe, & cum ingẽti admiratione ac laude, So. Illi ipſi, & alij permulti eorũ ſimiles, iam olim vita functi, confabulabuntur tecũ quoties & quandiu libuerit. Phi. Q̃uo? So. Libris, quos ad docendam poſteritatem reliquerunt. Phi. Quin dãtur mihi illi iam in manus? So. Dabuntur breui, poſteaquã didiceris eum ſermonem, quo poßis loquẽtes illos intelligere. Suſtine pauliſper, atq; hanc breuem moleſtiam perfer, quæ deuoranda eſt in accipiẽdis principijs: ilico pòſt incredibiles ſequent delectationes, quas qui nondum deguſtarunt, mirandũ nõ eſt à literato ſtudio abhorrere. Nam qui ſunt experti, eos citius à vita quàm à libris & rebus cognoſcẽdis auelleris. Phi. Cedo verò, qui ſunt vini, à quibus ſapiẽtia hæc diſcenda eſt, et mẽs bona? So. Si iter eſſes quodpiam initurus, à quibus tandem de itinere præcontareris? vtrũ ab ijs qui iter illud nunq̃ vidiſſent, an qui aliquando confeciſſent? Phi. Ab ijs ſcilicet, qui confeciſſent. So. Vita hæc nonne eſt velut iter quoddam, & profectio perpetua? Philippus. Sic videtur. Sophob. Qui ergo iter hoc perambularunt? ſenes an iuuenes? Phi. Senes. Sopho. Senes igitur auſcultandi. Phi. Omnes indeferenter? Soph. Acutè rogas. nõ omnes promiſcuè: ſed quemadmodũ de via, ſic de vita,

utri norunt viam, qui eã peregerunt nihil animaduertentes, aliud agentes, aío nõ minus peregrinante quàm corpore. an qui annotarũt diligenter & attẽtè ſingula, & memoriæ mãdarunt? Phi. Nimirum hi poſteriores. So. Ergo in conſilio de vitæ ratione capiendo nõ audiendi iuuenes, qui iter hoc nunquã ſunt ingreſſi, quanto minus adoleſcẽtes, & quod ſtultiſſimum eſt, atq; indigniſſimum pueri? neq; ad id admittẽdi ſenes imprudentes, laſciui, demẽtes, deteriores pueris: quos diuina oracula execrantur, ꝙ ſint pueri centum annorum. Solis præbẽdæ aures ſenibus magni iudicij, vſus rerum, & prudentiæ. Phi. Quo ſigno eos dignoſcam? Co. Nimirum ætate iſta fili nullo adhuc: ſed vbi maius & firmius acceſſerit iudiciũ, facilè id cognoſces ex verbis & factis, tãquam nota certiſſima. Interea uerò dum ea ingenij facultate nõ vales, crede te cũctũ, & cõmitte p̃ri tuo, & ijs quos tibi pater adiunxit inſtitutores ac magiſtros, infirmæq; iſtius ætatis gubernatores, et quaſi manuductores, ꝑ eã viam, quam tu nũquam inijſti. Nam patri, cui charior es quã ipſemet tibi, maior eſt de te cura, quàm tibi ipſi: qui ad eam rem non ſolũ ſuo vſus eſt conſilio, ſed hominum ſapientum. Mo. Nimis diu tacui. So. ita planè, præter morem tuum: eamq; rem ego iandudum vehementer demirabar. Mo. An nõ pater tuus Philippe, et rex Galliæ, et alij magni reges ac principes, ſine literis et labore iſto tã moleſto, quem hic teneris tuis humeris inclemẽter imponit, regna & ditiones ſuas regunt, & in officio continent? So. Nulla res tam facilis eſt, quæ nõ fiat difficilis, ſi inuitus facias. Non eſt opera literis impẽſa laborioſa ei, qui libens eam ſubit. qui aũt inuitus, ei verò vel luſitare, et in locis deambulare amœniſſimis, graue ac

ne ac intolerandum eſt tibi Morobule nugandi auidiſſimo, et nugis ſemper aſſueto, ſeriũ aliquid vel agere vel audire inſtar eſt mortis. viciſſim alij cõplures vitã ſibi exiſtimarent acerbã, ſi ad iſtũ modũ vitæ ſuæ rationes inſtituerent. Quàm multi ſunt, in aulis præſertim, quibus nihil eſt dulcius, quàm otium torpens atq; inertiſſimum? admouere manum alicui operi, tormenti eſt loco, q̃ multi viciſſim in populis, qui emoriantur citius q̃ ſic dies omnes vacuos tranſigere: & celerius delaſſentur nihil agendo, q̃ ab intentione animi in negotiũ aliquod? Sed vt reſpondeã tibi de Cæſare & rege Galliæ, audies à me in vniuerſum de ſenibus, quos poſui eos eſſe, q ſpatiũ hoc vitæ decurriſſent. Si oĩbus quotquot viã quampiam peregiſſent, concorditer narrarent ſe per viam in locũ incidiſſe plenũ difficultatis & periculi, ex quo ſaucij & peſſime affecti diſceſſerint: ꝙ ſi eiuſmodi iter rurſum eſſent ingreſſuri, nihil diligẽtius cauerent, quàm illud diſcrimen: quid tu cẽſes, an nõ hominis foret amentiſſimi, quum eadẽ ipſe via inſiſteret, nõ recordari tanti periculi, nõ illud deuitare? Vbi. Nondum teneo, quid velis. So. Faciam igitur planius exẽplo. finge eſſe ſupra flumen iſtud tabulam anguſtam pro ponticulo: referant tibi omnes, quotquot equo inſidẽtes tentarint illã tranſire, decidiſſe in aquam, adijſſe uitæ diſcrimen, ægrè eſſe extractos ſemiuiuos. intelligis ne hoc? Vbi. Belliſſime. So. Quid tu iã, an nõ tibi demẽs viderere, ſi faciens illhac iter, nõ ex equo deſcenderes, & effugeres id periculũ, in quod alios veniſſe audis? Vbi. Nimirũ ita agerem. So. Et merito. Quære tu iam ex ſenibus, quid maximè ſenſerint incõmodũ in vita, quid eos prætermiſiſſe doleat, & vehementer pœniteat? oẽs tibi vno ore reſponde-

ſpondebunt, qui aliquid didicerunt, Non plus didiciſſe: qui verò nihil, Non adhibuiſſe operam, vt aliquid ſcirent. In hanc querimoniã ingreſſi, non faciunt finem referendi miſſos ſe fuiſſe à parentibus aut educatoribus ad ſcholas & magiſtros literarum: ſe tamen vanis delectatiunculis vel luſionum, vel venationũ, vel amorum, aut eiuſmodi nugarum illectos, amiſiſſe pulcherrimas è manibus diſcendi occaſiones. Itaq; cõqueruntur de fato ſuo, et ſortem ſuã deplorant, ac ſemetipſos accuſant dãnant, interdũ quoq; execrantur. Vides ergo locũ hunc deſidiæ atq; ignorantiæ eſſe in uia hac vitæ maximè infeſtum & periculoſum, vnumq; omnium præcipuè deuitandum? quoniam quidem audis tam miſerabiles eorum querelas, qui in illum ſunt collapſi: is eſt igitur omni cura & diligentia cauendus, et ſegnitie, odio, deliciolis, nugis reiectis ac ſpretis, in ſtudia literarum cultumque bonæ mentis tota animi intentione incumbendum. Tu hac de re patrem tuum roga, tametſi iuuenem adhuc: & tu Morobule tuum iam ſenem. intelligetis ex eis, veram eſſe meam ſententiam.

LVDVS CHARTARVM, SEV FOLIORVM.

Valdaura, Tamayus, Lupianus, Caſtellus, Manricus.

VAl. Quàm aſperũ tempus, quã rigens & ſæuũ cœlum, q̃ obſcœnum ſolum. Ta. Quid nos monet hic cœli ac ſoli habitus? Vald. Non egredi domo. Tam. Quid verò domi agere? Val. Ad luculẽtum focum ſtudere, meditari, cogitare de rebus, quę aliquid emolumẽti adferant menti & probis moribus. Caſtel. Id quidem

agen-

agendum præcipuè nec aliquid eſſe debet homini antiquius. Sed vbi ab intẽtione illa delaſſatus fuerit animi in quò diuertet, hoc duntaxat tẽpore? Val. Alijs quidẽ aliæ ſunt animorum refectiones, ego verò luſu foliorum magnopere oblector ac recreor. Tam. Et hæc temporis qualitas eo inuitat, vt abdamus nos in cubiculum bene clauſum, & obſeptum vndiq; à vento & frigore, lucente camino, menſa poſita cum chartis. Val. An minimè chartas. Tam. Luſorias dico. Vald. Iſtud placet. Tam. Tum pecuniæ promatur nonnihil, & calculi ad computandum. Vald. Nihil opus erit calculis, ſi minutuli adſint numi. Ta. Ego nullus habeo, præterq̃ aureos & argenteos craſſiores. Val. Commuta aliquos ex argenteis minuta pecunia. heus puer, cape ſtuferos hos ſimplos, duplos, ſeſquiduplos, triplos, & à numulario cura nobis nummos minutos, ſimplos, duplos, triplos, non maiores. Tam. Quàm nitidi ſunt hi numi. Vald. Nimirum recentes adhuc, & aſperi. Tam. Concedamus in forum aleatorium, vbi omnia inueniemus parata. Caſt. Non expedit: nam haberemus arbitros plurimos, quid refert ludas illhic, an via publica? Conſultius fuerit, vt recipiamus nos in cubiculum tuum, & acceſſamus ex ſodalibus aliquot, maximè animo refocillando idoneos. Tam. Tuum conclaue eſt ad id commodius. nã in meo cubiculo ſubinde à pediſſequis matris interpellaremur, aliquid ſemper quæritantibus in arcis mũdi muliebribus. Vald. In cœnatione igitur. Tamayus. Eſto ita, eamus. Puer ſiſte hic nobis Franciſcum Lupianum, & Rodericum Manricum, & Zoilaſtrum. Vald. Mane minimè verò Zoilaſtrum, hominẽ iracundum, rixoſum, clamoſum, calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat 1

ſæpe

ſæpe atroces tragedia. Caſ. Optimè profectò mones. nam ſi adoleſcens talis recreationi ſe noſtræ admiſceret, non eſſet in ludere, ſed seriò rixari. accerſe igitur pro illo Rimoſulum. Val. Neq; hunc: niſi velis, quæcunq; hic fuerimus nugati, ante ſolis occaſum notum eſſe toti ciuitati. Ca. Tam bonus eſt præco? Val. Etiã rerum, quas ſci-
2 ri nihil attinet: nam res bonas ſacratius reticet, quam myſteria Eleuſina. Ta. Veniãt ergo Lupianus & Manricus ſoli. Ca. Hi ſunt belli ſodales. Ta. Et mone illos, vt adferant ſecum numulos: quicquid eſt autẽ ſeueritatis & ſerij, domi cõmendent Philopono tetrico: veniãt facetijs, lepore, gratijs comitati. Lu. Salui ſitis ſodales feſtiuiſſimi. Val. Quid ſibi vult cõtractio iſthæc frõtis? ex porrigite iſtos vulticulus. an nõ eſtis iuſſi, cogitationes omnes literatas apud Muſæa deponere. Lu. Cogitationes noſtræ literarię ſunt adeò illiteratæ, vt eas Muſæ q̃ ſunt in Muſæo, reſpuãt. Man. Saluete. Val. Salus eſt dubia, qñ ad acies & pugnas vocamini, & quidẽ quibus reges ſint interfuturi. Ta. Eſte bono aío, crumenæ impetuntur, non iugula. Lu. Crumena pleriſq; eſt pro iugulo, & pecunia pro ſanguine ac ſpiritu: velut iſtis Cari-
3 bus, quorum vitæ contemptus inſtrumẽtum eſt regibus ad exercẽdos ſuos furores. Man. Nolo ego eſſe actor in hac fabula, ſed ſpectator. Ta. Qui ſic? Man. Quia ſum infortunatiſſimus, ſemp̃ à ludo diſcedo victus & ſpoliatus. Ta. Scis quid dicũt prouerbio aleatores? ibi quærendam eſſe togam, vbi amiſeris. Man. Verum, ſed periculum eſt, ne dum togam amiſſam quæro, perdam & tunicam & interulã. Ta. Accidit quidem hoc nõ raro, ſed qui non periclitatur, nõ diteſcit. Man. Ea eſt metallicidarũ ſentẽtia. Ta. Imò etiã Ianimedij Antuerpienſis.

Ianimedij, locus eſt vbi negotiatores cõgregantur.

Val.

Val.Rectè habet.non poſſumus niſi quatuor ludere,ſumus quinque,ſortiemur, quis erit aliorum ſpectator. Man.Ego ero ſine ſortione.Val.Nihil tale.nulli eſt facienda iniuria. non cuiuſquã voluntas id decernet:ſed ſors:cui primus rex obtigerit,ſedebit otioſus ſpectator: et ſi q̃d inciderit cõtrouerſiæ,iudex.Lu.Ecce uobis faſciculos duos foliorũ integros,alter eſt Hiſpanienſis,alter Gallicus.Val.Hiſpanienſis hic non videtur iuſtus. Lu. Quid ita?Val.Quoniam deſunt decades. Lu.Non ſolẽt illi habere,vt Gallici.Chartæ enim Hiſpanę,quemadmodũ et Gallicę,in quatuor ſunt genera ſeu familias diuiſæ. Hiſpanæ hñt aureos numos, carcheſia, baculos, enſes.Gallicæ corda,rhõbulos,trifolia,vomerculos,ſeu palas,ſeu ſpicula.eſt ĩ quaq; familia rex,regina,eques, monas,dyas,trias,quaternio,pentas,ſenio,heptas,ogdoas,enneas.Gallicæ hñt etiã decades:et Hiſpanis aurei,et carcheſia potiora ſunt pauciora, contra enſes & baculi.Gallis aũt plura ſunt ſemper meliora.Caſt.Quo luſu ludemus?Val.Triumpho Hiſpanico,& diſtributor retinebit ſibi indicem chartam,ſi ſit monas, aut imago humana.Man.Sciamus iã, quis erit ludo excluſus.Ta. Probè mones,cedo folia, hoc eſt tuum,hoc iſtius,hoc Lupiani,tu es iudex. Val. Malim te mihi iudicem, quàm colluſorem.Lu.Bona verba.cur iſtuc quæſo?Val.Quia es in ludendo admodum vafer,et cauillator:tum aiunt te artem tenere componẽdi folia, vt tibi expediat.Lu. Non habet fraudem mea luſio,ſed imperitiæ tuæ induſtria mea videtur impoſtura, quod ferè ignaris contingit.Cęterum qui tibi placet Caſtellus?qui ſimulac lucratus eſt pauxillum pecuniæ,deſerit colluſores.Ta.Eludere eſt hoc quidem potius quàm ludere. Val.Leuius hoc

malũ.nam ſi uincatur,affixus erit ludo clauo pluſquàm
trabali.Ta.Sed luſuri ſumus bini,duo contra duos quo-
modo erimus comparati? Val.Ego ludi huius inſciens,
adhærebo tibi Caſtelle, quem audio eſſe callẽtiſſimum.
Ta.Adde etiam callidiſſimũ.Ca.Non eſt hic opus ele-
ctionibus.ſorti ſunt committenda omnia quibus obuene
rint plura puncta,aduerſus eos pugnabunt, quibus pau
ciora.Val. Eſto ita,aſſigna folia.Man.Vt optauẽram,
ego & caſtellus ab eadẽ ſtamus parte contrarias tuen
tur partes Valdaura & Tamayus.Val.Sedeamus vti
ſolemus,† decuſſate.da mihi illam ſellam reclinatoriã,
vt quietius perdam.Ta.Appone ſcabella, aſsideamus



iam ſortire cuius ſint primæ partes. Val.Meæ ſunt,di-
ſtribue tu Caſtelle.Ca.Quomodo? à ſiniſtra in dextrã,
more Belgico?an contra Hiſpano more,à dextra in ſini
ſtrã?Val.Hoc more,quoniã ludo Hiſpanorum,vtimur.
& reieciſtin' decades?Ca.Etiam:quot folia dabo ſingu
lis?Val.Nouena.Sed quænam erit ſponſio ? Man.Ter
ni in ſingulas manus denarij cũ geminatione ſpõſionis.
Ca. Senſim mi Manrice,nimium properas.non eſſet is
luſus,ſed furor,vbi tantum pecuniæ veniret in pericu-
lũ quomodo poſſes tu oblectari in anxietate illa, ne tot
numi tibi pereãt?denarij ſinguli ſufficiẽt,& auctus ſpõ
ſionis erit dimidij,nẽpe aſſium quinq;.Val.Rectè conſu
lis,ita nec nihil ludemus,quod eſt inſipidum: nec quod
doleat,quod eſt acerbum.Caſt.Habetis ſinguli nouena
folia ? cordium eſt familia dominatrix , & hæc regina
eſt mea.Val.Neſcio quàm felix eſt omen hoc,certè eſt
veriſſimum dominari vulgo corda fœminarũ. Ca. De-
ſine ſpeculationes: reſponde ad hoc,augeo ſponſionem.
Val.Ludum habeo diſſipatum,& male cohærẽtem:ce-

do tibi. Tam. Et ego item. diſtribue tu Manrice. Vald. Quid agis? non vertis chartam indicem? Man. Volo prius meas computare, ne plures aut pauciores accepe rim. Val. Vnã habes plus iuſto. Man. Deponã, Val. Nõ ea lex luſus, ſed vt vicem tuã amittas diſtribuendi, & tranſeat ad ſequentem. cedo folia. Ma. non faciã, quan doquidem nondum protuli indicem. val. Imò facies per Deum. Ca. Apagè, quid tibi venit in mentem mi Valdaura. Iuſiurãdum admiſces rebus leuiſſimis, quod vix grauiſſimis rebus adhiberi conuenit. Man. Quid tu dicis iudex? Lu. Profectò ignoro, quid ſit in eo facto ſtatuendũ. Man. Qualem iudicẽ nobis præfecimus ſine iudicio? ducẽ ſine oculis? Val. Quid ergo fiet? Man. Quid tandem? niſi vt mittamus Lutetiam, qui hac de re adferat nobis aliquod ſenatuſconſultum. Ca. Miſce omnia, & rurſum impartire. Tam. O qualem ludum mitto de manib⁹, nõ obueniet mihi hodie ſimilis. Ca. Miſce probè iſthæc folia, & præbeto ſingulis attentius. Val. Rurſum augeo ſponſionẽ. Ta. Nũ nõ prædixi, nõ habiturum me hodie in manibus ludum illi parem? ſemper ſum infortunatiſſimus. cur ego ludum vel aſpicio oculis? Ca. Hoc verò nõ eſt ludere, ſed ſe afflictare. hoc eſt refici, & recreari animum, ita cõcitari? ludum oportet eſſe ludum, non moleſtiã. Man. Suſtine pauliſper, ne abijcias folia. nam eſt panicum. Vald. Reſponde igitur, an recipias. Man, Recipio, & rurſum augeo. Vald. Quid tu ſperas me ferocibus tuis verbis protelare? non concedo. Man. Effare tandẽ ſemel et expeditè, admittis ne? val. Etiã, & quidem libẽtiſſimè: & animus inſtigat me tali ludo maiore ꝓtio certare, ſed iſtud inter amicos ſufficit. Ta. Quid uerò, me nõ cõputatis inter viuos? adeò nulla eſt

Panicũ, vanus terror.

mei mentio? Caſ. Quid igitur tu ad hæc, homo fœnee? Tam. Ego verò augeo mea ex parte depoſitum. Man. Quid tu dicis Caſtelle? Caſt. Nunc me conſulis, poſtea q̄ tua opera depoſitum creuit in immẽſum: ego incremen tum hoc non auderem hoc meo ludo ſuſtinere. Val. Reſponde affirmatè. Caſt. Non habeo quod ſic reſpõdeam, ſed valde ambiguè, & dubitanter, & cunctabundè, & timidè, & differẽter. eſtne ſic ſatis expreßè dictũ. Ma. Deũ ĩmortalẽ quãta copia? nõ tã dẽſa nup cadebat grã do. Sed quæſo te piclitemur pauliſper. Caſt. Experiamur qñ ita tibi placet, à me uerò ne ſperaris magnam opem. Man. Feres tñ quas poteris ſuppetias. Ca. Nihil neceſ ſe id habes admonere. Man. Planè victi ſumus. Tam. Vicimus denarios quatuor, miſce. Val. Addo aſſes quin que. Ca. Neſcio an cedã: nã ſcio me certò victũ iri. Ta. Rurſum alteros quinq;. Caſ. Quid tu ad hanc ꝓuocatio nẽ dicis? Man. Quid dicã? fugio. Ca. Tu perdidiſti proximum ludũ, ſine me hũc arbitratu meo perdere. Sẽtio me eſſe inferiorẽ. ſed ſuſtinẽdũ eſt, quãdiu aliquid vide ro ſupereſſe virium. Val. Quid ergo dicis? recuſas. Caſt. Non, imò addico. Ta. Tu Valdaura nõ noſti hũc Caſtel lũ? ſuperiorẽ habet ludũ tuo. ſed ita ſolet calidos prouocatores illectare in ſuũ rete. Vide ne quò progrediaris temerè, vbi tenearis irretitus. Val. Diuũ fidem, quomo do potuiſti diuinare folium mihi poſtremum reſtare hu ius notionis? Caſt. Noui omnia folia. Val. Non omnino eſt iſthuc incredibile. Caſt. Ita planè noui à facie. Val. Forſitan etiã à tergo. Ca. Nimiũ ſuſpicioſus es. Val. Tu me facis, eat hoc cum tua bona venia. Ta. Diſpiciamus, num quæ ſint chartæ auerſæ maculatæ, vnde poſſint no ſcitari. Vald. Faciamus quæſo vos ludendi finem: angit

me

me hic ludus,tam infeliciter cedendo. Caſt.Vbi voles: ſed fortaſſe nō in ludo eſt vitium,ſed in tua imperitia, qui neſcis ludum ſcienter ad victoriam accommodare, ſed iacis folia abſq; arte,vt ſors tulerit:ratus nihil intereſſe,quid prius,quid poſterius mittas, quis quo loco ſit iacturus.Ta.Omnium rerum eſt ſatietas,etiam voluptatum,& ego defeſſus ſum iam ſedendo,aſſurgamus aliquantiſper.Lu.Cape teſtudinem hanc,& aliquid nobis cantilla.Ta.Quid tandem? Lup.De ludo quippiam. Tam.Carmen Vergilij? Lup. Iſtbuc ipſum: aut ſi manis Viuis noſtri, quod ille nuper canebat deambulans in Pomœrio Brugenſi.Vald.Anſerina voce.Lup.Cane tu olorina.Tam.Deus meliora:nam olor non canit,niſi fato iam vrgente.

Ludunt & pueri, ludunt iuueneſq́; ſeneſq́;.
Ingenium,grauitas, cani,prudentia, ludus.
Deniq; mortalis,ſola virtute remota,
Quid niſi nugatrix, & vana eſt fabula,vita?

Vald.Poſſum vobis confirmare, eſſe carmen bene expreſſum,tanquam ex ſpōgia arida. Lup.Tanta cum difficultate componit carmen? Vald.Magna:ſiue quòd raro, ſiue quòd non libenter, ſiue quòd aliò fert eum ingenij pronitas.

LEGES LVDI.

Varius dialogus, de Vrbe Valentia.

Borgia, Scintilla, Cabanillus.

BOr.Vnde tu iam nobis Scintilla iucundiſſime? Sc. Lutetia.Bor.Qua tandem Lutetia? Sc.Qua tan-

dem quærit, quaſi ſint multæ. Bor. Etiam ſi ſit vnica, ea quęnā ſit ignoro, aut vbi ſita. Sc. Lutetia Parhiſiorum. Bor. Parhiſios nominari audieram, et quidē ſæpe, Lutetiā nunquam. eſt ergo Lutetia, quos nos Parhiſios dicimus. Ea igitur eſt cauſa, cur tu tādiu nullus es uiſus Valentiæ, et potiſſimū in Sphæriſterio nobilitatis. Sc. Alia ego uidi Sphęriſteria Lutetię, alia gymnaſia, alios ludos lōgè iſtis veſtris vtiliores ac præſtātiores. Bor. Ecquos quæſo? Sc. Triginta gymnaſia plus minus in Academia illa, omni eruditionis, ſciētiæ, & ſapientiæ genere referta: doctos pręceptores, iuuētutem ſtudioſiſſimā, & optimè moratā. Bor. Vulgus, ſcilicet hoīum. Sc. Quid tandē vocas vulgus? Bor. Fæcem plebis filios ſutorum, textorum, tonſorum, fullonum, & eiuſmodi artificū atq; operariorum. Sc. Vos hic, vt video ex veſtra hac ciuitate metimini orbē vniuerſum, & eoſdē tota Europa exiſtimatis eſſe mores, quos hic. dico iuuentutē illhic eſſe frequentiſſimam principū, procerū, nobiliū, & hominū locupletiſſimorū, non ex Gallia modò, ſed ex Germania, Italia, Britānia, Hiſpania, Belgica: admirabiliter addictā ſtudijs literarū, parētē inſtitutorū præceptis & iuſſis, quorū mores non ſimplici tm̄ admonitu formentur, ſed acri reprehēſione, quū eſt opus etiam caſtigatione, plagis, verberibus: quæ omnia & accipiuntur & perferuntur animis moderatiſſimis, & vultu modeſtiſſimo. Cab. Audiui ſæpenumero eiuſmodi narrari mihi, quū agerē in Gallia legatus Fernādi Regis. Sed omitte quæſo nunc iſta, aut differ aliud in tempus. vides nos eſſe in ludo Miraculi, cui eſt proximū Carroſſorū. hoc age, de pila ſit iam ſermo, oblectandi noſtri gratia. Sc. Amabò ne aſſideamus, ſed deābulātes colloquamur, quæ fuerit

collibitũ. quà ibimus? hàcne per D. Stephani, an illhàc ad portam regalem, & viſemus in regia Fernandũ ducem Calabriæ. Cab. Ne forte optimi principis interpellemus ſtudia ſapientiæ. Bor. Pręſtabit mulas accerſere, vt vehẽtes loquamur. Cab. Ne amittamus quæſo uſum pedum & crurum, tempus eſt ſudum ac ſerenũ, et aura frigidiuſcula, ſatius erit pedeſtres quàm equeſtres incedere. Bor. Eamus hàc igitur per diui Ioan. Hoſpitalis, ad vicum marinũ. Ca. Spectabimus obiter decoras formas. Bor. Apage pedeſtres, erit dedecori. Scin. Maiori eſt mea ſentẽtia dedecori viros pẽdere de iudicio puellarũ rudium atq; ineptarũ. Ca. Vis'ne, vt rectà eamus per plateam ficus, & Diuæ Teclæ? Sc. Non, ſed per vicũ tabernæ Gallinacei. nã ĩ eo vico cupio uidere ædes, in quibus natus eſt Viues meus. ſunt. n. vt accepi, deſcẽdentibus ad ſiniſtrã poſtremæ in vico. & inuiſam eadẽ opera ſorores eius. Bor. Omitte nũc quæſo muliebres viſitatiònes. ſi mulierem uis alloqui, eamus potius ad Angelam Zabatam, cum qua erunt confabulationes literatæ. Ca. Vtinam, ſi id cupitis, adeſſet Marchiona Zeneti. Sc. Si vera ſunt quæ de illa, quum eſſem in Gallia, audiui, maius eſt id argumentum, quàm vt de illo tractari leuiter & ab aliud agentibus vel poſſit, vel debeat. Bor. Aſcendemus ad diui Martini, an deſcẽdemus per vicũ Valleſij, ad plateam villæ raſæ? Ca. Hàc inde ad ſphæriſterium Barzij, ſeu mauis Maſconorum. Bor. In Gallia habetis'ne ad hunc modum ludos in publico? Sc. De alijs Galliæ vrbibus nõ poſſum tibi reſpondere, Lutetiæ ſcio nullum eſſe: ſed in priuato multa, velut in ſuburbijs Diui Iacobi, Diui Marcelli, D. Germani. Cab. 1
Et in ipſa ciuitate famoſiſſimum, quod vocant Brac-

*che.Bor.Luditur eadē illhic ratione,qua hic?Scin.Ea-
dem prorſum,niſi quòd magiſter ludi præbet illhic cal-
1 ceos, & pileos luſorios. Bor.Cuiuſmodi ſunt? Sc.Calcei
ſunt coactilitij. Bor.Non eſſēt hic vtiles. Ca.videlicet
in via lapidoſa . in Frãcia verò & Belgica luditur ſup
pauimentum lateribus conſtratum,planum & æqua-
bile.Sc.Pilei ſunt æſtate leuiores,in hyeme autem craſ
ſi, profundi, cum offendice ſub mento, ne in agitatione
vel elabãtur ex capite,vel decidant in oculos. Bor.Of
fendimento hic non vtimur,niſi quum eſt ventus vehe
mentior.ſed quales habēt pilas?Sc. Nullos ferè folles,
vt hic:ſed ſphærulas minores veſtratibus,& multò du
riores ex corio albo.tomentum eſt,non vt in veſtris,la
nugo è pannis tonſa,ſed pili ferè canini, eamq; ob cau-
ſam raro luditur palma.Bor.Quomodo ergo percutiunt
pilam?pugno,vt folles?Sc.Ne ſic quidem,ſed reticulo.
Bor.Confecto ex filo?Sc.Ex fidibus craſſiuſculis,quales
ferè ſunt ſextæ in teſtudine habent funem tenſum , &
reliqua vt hic in ludis domeſticis.ſub funem miſiſſe glo
bulum,vitiũ eſt,ſeu peccatum. ſigna ſunt bina,ſeu ma-
uis metas:numeri quaterni,quindecim,trigíta,quadra
gintaquinq; ſeu antegreſſio,æqualitas numerorũ:uicto
ria,quæ eſt duplex,vt quum dicitur vicimus ſignum,et
vicimus ludum.Pila aũt vel ex volatu remittitur,vel
ex primo reſultu:ex ſecũdo enim ictus eſt inualidus,&
ibi fit ſignum, vbi pila eſt percuſſa.Bor.Non ſunt aliæ
luſiones q̃ ſphæræ? Sc.In ciuitate, quot hic, aut plures:
ſed inter ſcholaſticos nulla alia permiſſu magiſtrorum
exercetur.ſed interdum clàm luditur folijs & aciebus:
pueruli talis,nequiores taxilis.Nos inſtitutorem habe
bamus Anneum,qui obſcœno die luſum foliorum conce
debat:*

debat: ſed de illo, & in vniuerſum de luſione omni tulerat ſex leges, quas deſcriptas ĩ tabella appẽderet in cubiculo. Bor. Ne graueris rogo te & eas nobis referre, quemadmodũ alia feciſti. Sc. Pergamus deambulare: nã incredibili teneor deſiderio patriæ aſpiciendæ, tã diu à me non viſæ. Bor. Cõſcẽdamus multas, vt ambulemus commodius, tum etiam honeſtius. Sc. Honeſtatem hanc non emerim crepitu digitorum. Bor. Ac ne ego quidẽ, vt verũ fatear, manũ ob eam mouerim: ſed neſcio quo pacto magis id videtur dicere nr̃as perſonas. Ca. Iſthuc quidẽ rectè. ſed ſumus tres, & in anguſtis vijs aut hominũ frequentia diſiungeremur: vnde neceſſe eſſet vel interrumpi ſermonẽ, vel multa ſemper à noſtrum aliquo non exaudiri, neque intelligi. Bor. Eſto ſanè ita, pergamus pedeſtres, ingredere per angiportũ hunc ad plateã Pegnarogiorũ. Sc. Optimè, inde per fabros clauiles ad vicum dulciarium, tum ad forum fructuariũ. Bor. Quin potius olitorium? Sc. Vtrunq; eſt, qui libentius oleribus veſcuntur, vocẽt olitorium: qui fructibus, fructuarium. Quæ amplitudo fori, quæ deſcriptio vendentiũ, et rerũ venum expoſitarũ. qui odor ex fructibus. quanta varietas, mundities, nitor, nõ poſſunt horti excogitari huic foro pares. quæ autem ædilis noſtri, & eius miniſtrorũ ſolertia et diligẽtia, ne quis emptor fraude à vẽditore capiatur. Eſtne ille, qui mula vehit, Honoratus Ioãnius? Ca. Nõ vt arbitror: nã vnus ex meis pueris, qui cũ modò conuenit, reliquit illũ abdentem ſe in bibliothecam ſuã. qui ſi ſciret nos vnà eſſe, non deeſſet haud dubie noſtro ſermoni, & noſtris ludis ſeria ſua poſthaberet. Bor. Profer tandem leges. Sc. Extricemus nos ab hac turba per plateam Diuæ virginis redemptoriæ, ad vicũ fumalis,

lis, & diui Auguſtini, vbi minor eſt frequentia. Ca. Ne diſcedamus tã procul ab vrbis corpore. aſcendamus potius per uicum crumenarium ad cliuum, inde ad vicum militaré, & ædes familiæ veſtræ Scintilla, cuius parietes lugere adhuc vidẽtur mihi heroem illum comitem Oliuanum. Bor. Imò luctu depoſito, talem iuuené in tãti ſenis locũ ſucceſſiſſe ſeriò triumphant. Sc. O q̃ iuuat intueri curiam, & quadruplex forũ præfecti vrbis, quod iã ferè familiæ veſtræ Cabanilliæ hæreditariũ videtur, ciuile criminale, & trecentum ſolidorum, quę ædificia, quæ facies vrbis. Bor. Nuſquam potes rectius leges ferre, q̃ in foro & curia, ede tandem. Nam de laudibus, ſeu de admiratione potius noſtræ ciuitatis, aliàs erit dicendi locus aptior. Sc. Prima lex, quando ludendũ. Homo pp res ſerias eſt cõditus, non propter nugas et luſus. luſus àutem reperti, ad reficiendum animũ laſſum à ſerijs. tunc igitur ludẽdum, quum animus aut corpus erit defatigatum: nec aliter ſumendũ, quàm ſomnus, cibus, potus, & alia, quæ uires renouãt ac reficiunt. alioqui in vitio eſt, quemadmodum alia quæ nõ ſuo fiũt tempore. Secunda lex, cum quibus ludendum. Quemadmodũ facturus iter, aut iturus ad conuiuium, diligẽter diſpicis, qui ſint futuri ſodales, aut comites: ſic in ludo animaduertẽdũ, cũ quibus ludes, vt ſint hoĩes tibi noti. nam in ignotis magnum eſt periculum, & verum prouerbium Plauti: Lupus eſt homini homo, qui qualis ſit nõ nouit. ſint etiam belli feſtiui, comes, cum quibus periculũ non ſit, ne rixeris, aut pugnes, aut aliquid vel facias, vel dicas turpiter atq; indecorè. ne ſint blaſphemi in Deũ aut peieratores: nõ in dictis ſpurci, ne quid ex cõtagione affricetur tuis moribus prauũ aut flagitioſum. deniq; ſint

ij, qui

ij, qui non aliam ad ludum mentem adferant, quàm tu: népe vt à labore cõquieſcat & leuetur animus. Tertia lex, quo ludo. Primum noto: nam in ignoratione non poteſt ſubeſſe delectatio, nec ludẽtis, nec colluſorũ, nec ſpectatorum. deinde quod ſimul animũ reficiat, & corpus exerceat, ſi quidẽ tẽpus ac valetudo patitur. Sin ſecus, ludus ſit in quo non omnia poßit mera ſors. inſit etiã peritia, quæ poßit caſum corrigere. Quarta lex, qua ſponſione. Nec nulla ſponſione, quod eſt fatuũ, & celerrimè exatiat: nec ita magna, quæ ĩ ipſa luſione inquietet animũ, & ſi vincaris, mordeat ac diſcruciet. non eſt is luſus, ſed carnificina. Quinta lex, quemadmodũ. vt antequam ad ludendũ aſſideas, reputes te ad refocillãdum animũ uenire, in cuius aleã conijcias pauculos numos, hoc eſt, emas illis refectionẽ defatigationis. cogita eſſe ſortẽ, hoc eſt, variam, incertam, inſtabilem, cõem. nullam idcirco tibi fieri iniuriam, ſi perdas, vt id feras æquo animo, ne contrahas vultum, & ſuffundas cũ triſtitia: ne prorũpas in cõuicia, & maledicta, aut aduerſus colluſorem, aut quẽpiã ex ſpectatoribus. ſi lucrifacias, ne ſis in colluſorẽ inſolenter dicax. Prorſũ toto ludo ſis comis hilaris, facetus, iocoſus, citra ſcurrilitatẽ & petulantiam: ne des ſignificationẽ ullã fraudis, ſordiũ, aut auaritiæ. in cõtentione ne ſis pertinax, minimè omnium iurator, memor rem illam totám (etiam ſi meliorẽ cauſam habeas) non eſſe tanti, vt nomen dñi adferas in teſtimoniũ. Spectatores memineris eſſe uelut iudices ludi ſi qd illi pronũtiarint, cedito, nullã edẽs notã improbationis. hoc modo et luſus fit delectatio, et probi adoleſcẽtis grata eſt educatio ingenua. Sexta lex quã diu ludẽdũ. Quoad ſentias aĩum renouatũ iam, & reparatũ ad

labo=

laborem, & vocat hora ad negotium ſerium. Qui ſecus faxit, improbè factum videri, velitis Quirites, iubeatis, Bor. Caba. Sicuti rogauit.

Velitis, Queritis Solemnia in ferendis legibus verba Romæ.

CORPVS HOMINIS EXTERIVS.

Durerius pictor, Gryneus, Velius.

DVr. Faceſſite hinc, nam vos nihil emitis, ſat ſcio, & eſtis mihi impedimento, quò minus accedant emptores propius. Gry. Imò verò nos volumus emere, modò vel pretiũ relinquas nr̃o arbitratui, & tempus ipſe præſcribas, aut cõtrà nos tẽpus, tu pretiũ. Dur. Bella negotiatio, mihi nihil eſt opus tricis eiuſmodi. Gr. Cuius eſt hęc imago, & quanti iudicas? Dur. Imago eſt Scipionis Africani, & indico ſeſtertijs numis quadringentis, aut non multo minoris. Gry. Quæſo te, priuſquã verbo vno eã addicas nobis, examinemus artẽ picturæ: & hic Velius eſt ſeſquiphiſicus, peritiſſimus humani corporis. Dur. Iam dudum intelligo me à vobis intricari. ſed interea dũ mercatores nulli adſunt, nugamini quãtum libuerit. Gry. Nugas tu vocas peritiam artis tuæ quid faceres alienæ? Vel. Primum omnium verticem contexiſti capillis multis et planis, quũ vertex dicatur quaſi vortex, à vertẽdis capillis: vt in fluuijs videmus, quũ aqua ſe conuoluit. Dur. Inepte, non conſideras eum eſſe malè pexum, more illorum temporũ? Vel. Brechma habet inæqualiter deflexum. Dur. Acceperat vulnus miles ad Trebiã, quum ſeruauit patrẽ. Gr. Vbi tu id legiſti? Dur. In Decadibus Titi Liuij amiſſis. Vel. Tempora ſunt nimis tumentia. Dur. Caua eſſent ſignum dementia

tia

tiæ. Vel. Occipitium vellem videre. Dur. Verte tabulam. Gr. Cur dixit Cato inter cætera oracula, Frõs occipitio prior eſt? Dur. Quàm eſtis fatui: an non in quouis homine prius cernis frontem quàm occiput? Gr. Quoſdã prius uideo auerſos quàm aduerſos. Dur. Et ego libẽter, vt tales emptores & milites. Vel. Cato ſenſit, præſentiam dñi potiorẽ eſſe ad curationẽ rerum, quàm abſentiam. cæterum cur antias adeò longas? Dur. Loqueris de his caproneis? Vel. Etiam. Dur. Non habuerat mul tis mẽſibus tonſorẽ ad manum, velut in Hiſpania. Vel. Glabellam hanc cur contra ipſius verbi etymon feciſti hirtã? Dur. Tu ipſe vulſellis pilos detrahito. Vel. Et vibriſſas extãtes extra nares. ſed tu, quę tua eſt uerſutia, culpam abs te reÿcies in tonſorem. Dur. Inſcie, non animaduertis eos fuiſſe ætatis illius mores, ſeueros, triſtes, ruſticanos? Vel. Imperite, non legiſti Scipionem hũc ex omnibus ſui temporis hominibus excultiſſimum & politiſſimũ fuiſſe, & amantem elegantiarum? Dur. Expreſſus eſt, quum exularet Linterni. Gr. Supercilium hoc eſt grande, & cõueniens Latio: ciliũ habet nimis cauũ, & genas depreſſas. Dur. Ex vigiliÿs caſtrenſibus. Gry. Tu non ſolũ es pictor, ſed rethor, valde verſatus in trãſlatione criminum. Dur. Et vos quãtum intelligo, in criminationibus. Vel. Malas habet nimium tumentes, & buccas iſtas. Dur. Inflat claſſicum. Gry. Et tu inflabas calicem, quum hæc pingeres. Vel. Imò verò vtrem, ſed alibi feciſti piloſum, palpebras ferè nullas appinxiſti. Dur. Ex morbo illi deciderũt. Gr. Quo morbo? Dur. Quęre ab illius medico. Gr. Iamne intelligis, ob tuã tãtam imperitiã detrahi debere de ſumma centum ſeſtertios? Dur. Imò ob veſtras cauillationes & interrogationes

adeò

adeò moleſtas addi ducẽtos oportere. Vel. Pupulas habet hic glaucas, atqui ego audiui ceruleas habuiſſe. Du. Et ego cæſias, vt Mineruam bellatricem. Vel. Irquos feciſti nimium carnoſos, & ſinus humentes. Dur. Flebat accuſatus à Catone. Vel. Mandibulę ſunt nimis lon
3 gæ, & barba denſiſſima ac profuſiſſima: tum pilos dicas ſetes porcinas. Dur. Vos ſine modo vllo eſtis loquaces, & argutuli cauillatores. Abite hinc. nã tabulæ nõ fiet vobis amplius copia. Vel. Amabò mi Dureri, dũ alios non habes licitatores, ſine nos hic cauillari. Dur. Qua mercede? Vel. Adſcribemus ambo hic tibi ſingula diſticha, quo tabula fiat vẽdibilior. Du. Nihil opus eſt meæ arti veſtra cõmendatione: nã periti: emptores, et picturæ intelligẽtes, nõ emũt verſus, ſed artificium. Vel. Sed nares habet nimiũ patulas. Dur. Erat iratus accuſatori bus. Vel. Non videmus vallecula. Dur. Latet ſub bar-
4 ba: ac ne mentem quidem cernitis neq; anthereonem. Gry. Horum omnium feciſti tu compendium, beneficio grandis barbę. Vel. Collum placet mihi rectum, & muſculoſum; item iuguli. Dur. Gratulandum eſt ſuperis, qđ tibi aliquid probatur. Vel. At ne nihil in hoc quoque deſiderem, iugulos non habet ſatis cauos: quod in Socrate Phiſiognomon annotatum, tradi eſſe ingenij ſignum pronunciauit. Armos iſtos voluiſſem paulò erectiores, & ampliores. Dur. Nõ tam erat miles bellator, quàm imperator. Non audiuiſti apophthegma huius? de quo quum milites quidã dicerent, non adeò eum eſſe valentem militem, ac imperatorem ſapientem: is reſpondit, Imperatorem me genuit mater mea, non militẽ. Sed diſcedite, ſi non eſtis empturi. nã video accedẽtes quoſdã negotiatores publicanos. Vel. Eamus deambulatũ, & inter

Anthereo buccula ſub mẽto.

inter nos de humano colloquemur corpore ſine Scipione ac tabula. Sim⁹ naſus nō decet generoſam faciē. Gr. Quid boſimus, quales fuerunt Hunni? Vel. Apage mon- 5 ſtra. Gr. Silones non ſunt minus deformes. Perſæ aquilas venerabantur, propter Cyrum, quē ferunt ea fuiſſe forma. Vel. Ancon & campe ſunt in brachio, quod in cruce poples & genu, lacertus inde vſq; ad manū, a cuius muſculis etiam crura dicuntur lacertoſa. Gr. Nōne is eſt cubitus, vt apud menſores? Vel. Eſt is quidem cubitus, & ancon ipſe cubitus. Gry. Vnde ergo rex Romanus Ancus? Vel. Ab incuruo cubito. Gry. Manus ſequitur, maximum omnium inſtrumentorum, facta in digitos pollicem, indicem, mediū ſiue infamem, minimo proximum, minimum. Vel. Cur medius infamis? quid deſignauit flagitij? Gry. Inſtitutor noſter dixit ſe quidē ſcire cauſam, nolle tamē edıſſerere. quòd eſſe turpis. Ne quæſieris igitur. non enim decet bonæ indolis adoleſcentes turpia ſcrutari. Vel. Atqui minimo proximū δακτυ- λιὸν Græci appellant, quaſi annularem. Gr. Ita planè. ſed in ſiniſtra, non in dextra, quòd in eo ſoliti eſſent olim annulos geſtare. Vel. Qua de cauſa. Gry. Aiunt à corde protendi illhuc venam, quæ quum annulo redimitur, velut cor ipſum coronatur. Nodi digitorū ſunt condyli, & pro pugni ꝑcuſſu uox ea vſurpatur. inter nodos ſunt internodia, et generali verbo artus, atq; articuli. Tiberium Cæſarem memoriæ produnt tam firmis fuiſſe digitorum articulis, vt digito recens malū terebraret. Veli. Didiciſti chiromantiam? Gryn. Nomen quidem ipſum audieram. quid ita? Veli. Diuinaſſes hic nobis aliquid ex inciſuris Gryneus. Negaui me ſcire: & res ſic habet. ſed ſi nunc me noſſe aliquid profiterer,

& at-

& attentius manũ tuã contemplarer, libenter me auſcultares, & homini eiuſce impoſturæ imperitiſſimo ſidẽ non omnino abrogares. Vel. Qui ſic? Gr. Quia ideſt hominum ingenium, vt libenter eos audiant, qui ſe recondita uel euentura profitentur enuntiaturos. Vel. Vnde ſunt Scæuolæ? Gr. Quaſi ſcæuæ: à ſcæa, quæ eſt ſiniſtra. Aiunt in ſexu fœmineo eſſe ſcæuas plures, quàm in noſtro. Vel. Quæ eſt vola? Gr. Cauũ manus, vbi inciſuræ. Vel. Quid inuolare? Gr. Id qđ tu agis: libenter furari, ſurripere, quaſi uola abſcõdere. et qđ rabioſa Lucretia, inuolare in oculos pediſſequarum. Reliquũ corpus dempto capite eſt truncus & ex trunco thorax, concauum pectoris uſq; ad ventriculum & coſtas: concauum quidẽ interius. nã exterius inter brachia & pectus, ſinus eſt. Sub ventriculo eſt venter, & in ventre imo pectẽ, et pudenda. Vel. An non pudẽdus magis podex, ſiue anus? Gr. Vtrũq; pudendũ: poſterius ob turpitudinẽ, anterius ob flagitiũ & dedecus. Femur, & vt olim loquebantur, ſemen, nunc malũt pluratiuè ſemina. à genu eſt crus cuius os tibia dicitur: carnoſum verò illud poſterius, ſura. poſtremò, pes, manui non abſimilis: nam et digitos habet, & volam, quæ & veſtigium dicitur, & ſolum pedis. Vel. Quid? num nõ veſtigiũ, quod à pede imprimitur? Gr. Et illud ipſum, et ſolũ pedis. Vel. Noſtin' quæ ſunt in corpore virtutum ſedes? Gr. Quæ tandem? Vel. In frõte pudor, in dextera fides, in genu miſericordia. Gr. Planta pedis non eſt ipſum ſolũ pedis. Vel. At ſic putant multi. Gr. Atqui Plinius ſcribit eſſe gẽtem, quæ ſibi vmbram faciat in meridie planta pedis, quam habẽt vaſtã admodum atq; enormẽ, qui fieri id poteſt? Vel. Profecto planta eſt, à cruris vertebra ad digitos.

EDVCATIO.

† *Flexibulus, Grympherantes, Gorgopas.*

FLexibu. Quanam gratia miſit te huc ad me pater tuus? Gr. Dixit te eſſe hominẽ egregiè inſtitutum, ſapienter educatũ, eaq; de cauſa gratum huic ciuitati: cupere ſe, vt ego eiſdem, quibus tu, veſtigijs inſiſtens, perueniam ad ſimilem fauorem populi. Flex. Quomodo igitur te id aſſecuturum cenſes? Gr. Ingenua educatione, quali te omnes prædicãt eſſe præditum. Adiecit pater, eam educationẽ magis decere me, q̃ aliũ quemuis. Flex. Cedo mi fili, quomodo ea in re venis à patre imbutus? Gr. Non tã me pater præceptis inſtruxit, quàm patruus quidam meus, vir ſenex, verſatus multum & diu in Regum comitatibus. Fle. Quid ergo illi te docuerunt mi fili, & amice? Gor. Vide vir prudentiſſime, ne fortaſſe per ignorãtiam labaris in dictum aliquod aut factum ſtultum vel ruſticanum, vnde amittas iſtud nomen optimè educati. Flexi. Quid? tam leuiter ne apud vos perit? Gor. Vel vnica vocula, vnico flexu poplitis, vnica inclinatione capitis. Fl. Nimis eſt inter vos delicatum & infirmum inter nos enim multò eſt robuſtius & firmius. Gor. Sic ſunt noſtra iudicia, vt noſtra corpora, quæ nullam ferunt offenſionem. Fl. Imò, vt eſt videre, facilius ferunt corpora q̃ animi. Gor. Fortaſſe tu non noſti hũc, ideo filium & amicum nominas. Fl. An non ſunt hæc honeſta noĩa, & plena beneuolentiæ? Gor. Beneuolentiæ credo, quam nos haud magni ſanè facimus: ſed nõ reuerẽtiæ, neq; officij, quæ nos anxiè venamur, nam hic dominus ſolet appellari, nõ amicus. An nõ ani *Varro flexibula.*

maduertis domini præfationẽ ante prænomen,& famu los verſicolores? non annotaſti in aui huius ſolennibus parentalibus tot cereos,tot inſignia,tot hoĩes atratos? Fle.Quid ergo? affectas tu omnibus eſſe dominus,nulli amicus?Gr.Ita docuerunt me propinqui mei.Fle.Edat iam mi domine, tua excellentia præclara illa tuorum conſanguineorum documẽta. Gor.Videris tu mihi pue rũ hunc naſo ſuſpendere. at non eſt quilibet,ne feceris. Gr.Primùm,eſſe me ex honeſtiſſima progenie,quæ nul li cedat per vniuerſam hanc prouinciam:idcirco curan dum mihi diligenter, atq; annitendum, ne degenerem à maiorum meorum virtute: illos paraſſe ſibi magnum decus nemini concedendo de loco,de dignitate,de auto ritate,de appellatione:me idem debere facere.Si quis quid velit de honore detrahere,pugnandum ſtatim cũ eo de pecunia oportere eſſe largum, atque adeo profu-ſum: in honore adſtrictum & attentum. decere nihilo minus,me ac mei ſimiles aſſurgere alijs,via cedere,du cere,reducere,nudare caput,poplitem incuruare: non quòd alius quiſpiam id mereatur à me ſibi exhiberi.ſed quòd ſic conciliabo mihi fauorem hominum,captabo au ram popularem, et parabo illum quem tantopere geſta mus ſemper in ore & in corde honorem. in ea educa-tione ſitum eſſe diſcrimen nobilis et ignobilis,ꝙ nobilis ad illa omnia dexterè præſtãda inſtitutus eſt atq; aſſue factus:ignobilis agreſti more nihil illorũ doctus eſt face re.Fl.Et excellentiæ tuæ,dñe, qualis videtur eiuſmodi inſtitutio?Gr.Qualis verò?niſi multò optima,et digna meo genere. Fle.Quid ergo eſt aliud,quod à me requi-ras?Grymph.Nihil planè reſtaret,mea ſententia,ni-ſi acceſſiſſet voluntas patris,qui iuſſit prorſum,ſeu ve-

rius

*rius imperauit rigidè,vt ad te venirē:vt ſi quid in hac
educatione noſſes magis recōditum , & quaſi myſteriū
ſacratius, quò maius mihi decus acquirerē, in gratiam
ſui ne grauareris exponere, quò familia noſtra alioqui
honeſtiſſima & celſiſſima altius aſcēderet. quoniā ſunt
non pauci noui homines,qui freti ſua opulentia,nactiq́;
dignitatem & honores per diuitias emerſerūt,adeò ut
etiam audeant cum vetuſtate & decoribus gentis no-
ſtræ contendere.Fle.Facinus nefandum.Gry.Nonne?* 1
Fle.Vel cæco eſſet clarum.Gry.Itaq; noui illi homines 2
*ambulant comitati longo aſſeclarū ordine,ipſi ſegmen-
tati in veſtibus,vel bōbycini villoſi interciſi,vel texti
Attalici,vt nos nihil eſſe præ illis videamur,qui villa* Villato,
to veſtimur, diſſimulādæ paupertatis gratia. præmium quod vul
autem huius tui laboris,ſi operā hanc nauaris patri,e- go friſatū
rit, recipi te in numerū noſtræ familiæ, & admitti ad vocant.
*illius gratiā & meā, vt procedēte tēpore aliquod à no
bis accipias beneficium,ſisq́;,ſemper in noſtra cliente-
la,& quaſi tutela.Fl.Quid pōt dici amplius,aut opta-
bilius?Sed cedo iā,ſi aperias caput,ac cedas via & lo-
co, appelles blande, q̃ ob cauſam eris gratus ijs, quibus
cū verſabere?Gr.Ob eā ipſam cauſam,qa hæc ago.Fle.
Iſthæc omnia exteriora ſunt ſolum ſigna,quæ denotant
aliquid eſſe in animo tuo,propter quod diligare.nam ip
ſa per ſe nemo diligit.Gr.Quid ni diligant oēs,quæ ſunt
honeſtæ cōuerſationis,in mea præſertim nobilitate?Fl.
Parum admodū es progreſſus,quod liceat inter nos di-
cere:& tu in te perueniſſe iā arbitraris ad ſummū.Gr.
Nihil neceſſe habeo parare mihi literas,atq; eruditio
nē maiores mei reliquerūt mihi vnde viuā:quod etiā ſi
deſit,nō iſtis eſt mihi artibus quærendū,tā ignobilibus;*

ſed haſtæ cuſpide, & enſe diſtricto. Fle. Animosè iſthuc quidē, & ferociter. quaſi uerò quia es nobilis, non ſis futurus homo. Gr. Bona verba. Flex. Ecqua tādem parte tui es homo. Grym. Me toto. Fle. An corpore, quo non differs à beluis? Grym. Minimè. Flex. Non ergo te toto ratione igitur, & mente. Gr. Quidni. Fle. Si hanc ergo ſinis incultam & ſilueſtrem, excolis autem corpus, & illi vni ſtudes, an nō trāſis ab humana in ferinā conditionem? Sed ad id, de quo cœperamus loqui: nam hæc digreſſio, ſi vellē mihi indulgere, longiſſimè nos à propoſito abduceret. Verum quum tu cedis de via, & nudas caput, qualē te eſſe alij exiſtimant? Gr. Nobilem, & generosè informatum atq; inſtitutū. Fle. Nimium durus es. nihil ne domi audiuiſti de animo de probitate, de modeſtia, de moderatione? Grym. In templo nōnunquam audiui de concionatoribus. Flex. Quum illa abs te vident occurrentes fieri, iudicāt te eſſe adoleſcentem modeſtū, probū, bene de ipſis iudicantem, de te autem moderatè, qua ex opinione naſcitur beneuolētia et fauor. Grym. Explicatius id quæſo. Flex. Huc pertinet mea ratio: ſi te homines exiſtimarent adeo ſuperbū, vt ſi omnes contemneres præ te, nudare tamen caput, & genu flectere, non ꝙ ipſis is honor debeatur, ſed ꝙ te deceat: putas tu ullum fore, qui tibi haberet gratiam, aut te de honoris illa falſa ſimulatione diligeret? Grȳ. Quid ni? Fle. Quia id tibi præſtas, & tua gratia facis, non illorū. quis enim iudicabit ſe deuinctū tibi de eo, qđ pro te ipſo feceris, non pro ſe? an ego honorem eum uelut mihi impenſum accipiam, quem tu tribuis opinioni de te, nō meis meritis? Gry. Ita videtur. Fle. Ergo paratur beneuolentia, ſi illi credant ſibi honorem illū dari, non ut tu

ha-

habearis comior ac nobilior. iſtud uerò nõ fiet, niſi eã de te induant opinionem, quòd vt illos eſſe potiores ducas te & dignos quibus tu concedas. Gor. At non eſt ita tamen. Fle. Quantumcunq; hoc ſit falſum in eo tamen neceſſe eſt eos falli. alioqui nunquam conſequeris, qđ tantopere expetis. Gry. Quæ igitur erit perſuadendi via? Fle. Facilis, modò animum ſedulò aduertas. Gr. Profer quæſo. nã ea de cauſa huc ſum miſſus, & eris ſemper in noſtra clientela. Fle. Nimis crudum eſt hoc pomũ. Gr. Quid tu muſſas? Fl. Dico viam eſſe vnicam, ſi ſis talis, qualem te credi cupis. Gry. Qui iſthuc? Fle. Si vis aliquid calfacere, adfers'ne fictum ignẽ? Gr. Non, ſed verum. Flex. Si ſcindere, an pictum in tela gladium? Gry. Non, ſed ferreum. Flex. Non eſt igitur eadem vis rerum verarum, quę fictarum. Gr. Apparet non eße. Fle. Nec tu idẽ efficies ſimulata moderatione, quod vera. nam falſa ipſa ſe aliquãdo produnt, vera ſemper ſunt eadẽ. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publicè aut priuatim, quũ tibi excides (neq; enim ſemp̃ te, & vbiq; poteris obſeruare) vnde fictus deprehendaris: & quãtum prius ignotus diligebare, tantum poſtea cognitus ſis odio, & lõge plus. Gr. Quomodo ego mihi ipſe indicam germanã illã animi moderationem? quàm tu præcipis? Flex. Si perſuaſeris tibi, id quod res habet, alios eſſe meliores te. Gor. Meliores verò? ubi tãdẽ? in cœlo credo. nã in terra pares ſunt pauciſſimi, melior nemo. Gr. Sic audiui ſępe de patre & patruo. Flex. Multũ abducit vos à cognitione veri noĩum ignorãtia. Quid tu vocas bonũ? vt ſciamus, nũ ſit aliqs te melior. Gr. Quid ego ſcio, quid ſit bonum: ex bonis eſſe progenitum. Fl. Ignoras etiam nunquid ſit bonum: & iam te-

nes,quid ſi melius. qūo perueniſti ad cōparatiua,quum nōdū poſitiua didiceris?ipſos aūt tuos progenitores qūo ſcis fuiſſe bonos?qua tu id nota cognoſcis?Gry.Quid negas tu fuiſſe?illos bonos?Fle.Non noui illos,qūo de illorum bonitate poſſum aliquid in alterutrā partem ſtatuere?quęro modò,qua ratione aſſequaris tu fuiſſe illos bonos?Gry.Quia ita omnes prædicant,ſed quorſum rogo te,pertinent tam moleſtę interrogationes?Fle.Non ſunt moleſtæ,ſed neceſſariæ,vt accipias,quod ex me ſciſcitaris.Gry.Confer,quæſo te in pauca. Fl.Multis eſſet id explicandum, cuius tam craſſa ignorantia inuolueris:ſed quando ita es faſtidioſus, dicam breuius, q̄ res tāta dici poſtulat.defige iam oculos tuos in me, dum diſſero.Qui ſunt dicendi eruditi?an non ij qui habent eruditionem?qui opulenti?an non qui habent opes?Gr.Indubiè. Flex. Qui ergo boni?num non ij demum qui habent bona? Gry.Ita planè. Fle.Miſſas nunc diuitias faciamus,quæ non ſunt vera bona: quæ ſi eſſent,multi patre tuo inuenirentur meliores:& negotiatores ac fœneratores præſtarēt bonitate viros bonos,et ſapiētes.Gr. Sic videt vt dicis. Fle.Expēde ergo attente ac diligenter ſingula eorum quæ referam.an nō eſt bonū,acutum ingenium,ſagax,maturū iudicium,integrū,ſanum,tum eruditio varia & magnarū rerum atq; vtiliū, prudentia,exercitatio in rebus præſtātibus,cōſiliū,dexteritas in exequendis negotijs?qd tu de iſtis?Gr.Vel ſola noīa videntur mihi pulchra profectò, & magnifica,quantò magis res ipſæ?Fl.Agè porrò,quid ſapientia, quid religio,pietas in Deū,in patriā, parētes,neceſſarios,iuſtitia,temperātia,liberalitas,magnanimitas,cōtēptus caſuum humanorum , & fortis animus in aduerſis ? quid

verò

vero iſta? Gry. Præſtantiſſima etiam hæc. Fl. Hæc ſola ſunt hominis bona. nam reliqua omnia, quæ cõmemorari poſsint, bonis et malis ſunt cõia, atq; ea de cauſa nec bona. quæſo mãda ſedulò memoriæ. Gr. Faciã. Fle. Peruelim: nam ingenium tuum non malum eſt, ſed non bene excultum. Reputa igitur cũ animo tuo, an tu hæc habeas: et ſi habes, quàm pauca, & ea quàm tenuiter. qđ vbi examinaueris acutè ac ſubtiliter, intelliges tũ demum, te non magnis nec multis eſſe bonis ornatum ac inſtructum, nec eſſe in populo qui pauciora habeat q̃ tu. Nam in multitudinem alij ſunt ſenes, viderunt atque audierunt multa, habẽt experimẽta rerũ plurimarum: alij ſtudioſi, qui ingeniũ diſcendo exacuũt & expoliũt: alij capeſſunt Rempublicam: alij libenter et diligenter verſant ſcriptores profuturos: alij ſunt ſeduli patres familias: alij alias artes profitentur & præſtant. vel ipſi agricolæ, q̃ multa ex arcanis naturæ tenẽt? nautæ verò curſum dierum, & noctium, naturam ventorum, poſitus terrarum & maris. alij ex multitudine ſunt viri ſacri & religioſi, qui numen piè venerantur ac colunt: alij res proſperas moderatè rexerunt: et fortiter pertulerunt aduerſas. quid horũ tu noſti? quid exerces? quid præſtas? nihil omnino, præterquam illud: Nemo eſt melior me, bono ſum natus genere. Qui potes eſſe melior, qui nõdũ es bonus? nec pater tuus, nec aui tui, aut proaui fuerũt boni, niſi hæc habuerũt, quæ recenſui, quæ an habuerint, tu videris: ego multùm dubito. Sed ſi habuerunt, tu certè non eris bonus, niſi illorum fias ſimilis. Grym. Planè terruiſti, & pudefeciſti me: non inuenio quod paſsim vel hiſcere in contrarium. Gorgop. Nihil horum intellexi, tenebras mihi offudiſti ante oculos.

Fl.Nimirum venis ad hæc nimis durus,& longè diuerſis opinionibus infectus & mancipatus. Sed tu adoleſcens,quo te nunc tandem nomine cenſes appellādum? dominum, an mancipium? Gry.Mancipium.nam ſi ita eſt,vt diſſeruiſti, & intelligo nihil eſſe verius,complures ſunt ſerui multò potiores ac præſtantiores me. Flex. Hæc ne leuiter deguſtes,confer te domum,& ſolus tecum reuolue, excute, perpende.quò magis verſaueris, hòc veriora & certiora eſſe intelliges. Gr.Obſecro te, adijce alia,ſi qua habes. nam momento horæ ſentio me adeò immutatum, vt prorſum videar mihi iam eſſe alius.Fl.Vtinam contigerit tibi,quod Palæmoni philoſopho.Gr.Quid illi contigit?Fl.Vna Xenocratis oratione ex nequiſſimo & perditiſſimo factus eſt ſapientiæ ac virtutum omnium ſtudioſiſsimus, euaſitq; magni nominis philoſophus,& Xenocratis in Academia ſucceſſor. Sed tu,mi fili,vbi apertè cognoueris,quātum tibi ad bonitatem deſit,quod alijs multis ſupereſt:verè et ex animo cedes alijs,& in eis honorabis bonitatem, qua vides illos ornatos,te autem carere. Iam & ex reputatione tui ipſius,vileſces tibi,ac ſordebis,adeò vt nemini occurras tam abiecto contemptoque, quem non tibi anteponat conſcientia tuæ mētis.non enim adduci poteris, vt credas quenquam eſſe peiorem te, niſi quòd illius malitia & nequitia protulit ſe foras, vt tua delitescit cautius. Gr. Quid tum ſequetur?Fl.Hæc ſi feceris, veram ipſam ſolidamq; ingenuam educationem atque vrbanitatem,ſeu,vt nunc loquimur, aulicitatem aſſequere, eris gratus & charus omnibus, ſed id non iam magni facies: eris autem, quod vnicè tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

PRAECEPTA EDVCATIONIS.

Budæus, Grympherantes.

QVænam eſt iſthæc tanta & tã ſubita mutatio? inter Ouidij Metamorph. poſſet referri. Gr. In peius ne an in melius? Bud. In melius, mea ſententia: ſi quidem ab exteriore cultu, geſtu, verbis, actionibus, bonam mentem licet æſtimare ac colligere. Gry. Eſt ergò quod mihi poßis gratulari, ſodalis iucũdißime. Bu. Ego verò & gratulor tibi, & ut pergas exhortor, magnaq́; in dies bonæ iſtius frugis vt capias incrementa, Deum ac diuos omnes comprecor. Sed amabò, ne inuideas familiari tam charo artem adeò præſtantẽ ac præclaram quæ breui tempore tantum humano pectori probitatis inſtillet. Gr. Ars & fons riui huius vberrimus eſt Flexibulus, ſi eũ noſti. Bu. Quis non norit vtrũ, vt à patre & maioribus natu audiui, ingentis prudẽtiæ atq; vſus rerum, huic ciuitati non notũ modò, ſed charum, & in paucis venerabilem? O te felicem, qui illum propius audieris, et ſis cum eo familiariter verſatus, vnde tantũ retuleris fructus ad rectam compoſitionem morum. Gr. Quãtò tu felicior, cui hæc domi naſcuntur, quod aiunt? & potes non ſemel aut iterũ, vt ego, ſed quotidie, quoties libuerit talem patrem audire maximis & vtilißimis de rebus ſapienter diſſerentẽ. Bu. Omitte nunc iſta, de te & Flexibulo procedat ſermo inſtitutus. Gr. Taceamus igitͬ de patre tuo, quãdo ita eſt tibi cordi: redeamus ad Flexibulum. nihil viri illius ſermone dulcius, nihil conſilijs cordatius, nihil præceptis grauius, prudentius,

tius ſanctius. Itaq; guſtu hoc, quem mihi ille de ſe præbuit, aucta & incenſa eſt mihi mirũ in modum ſitis hauriendi ex tam dulci fonte ſapientiæ. Narrant, q orbem terrarũ deſcribũt, fontes eſſe admirabilis ingenij ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatem tollere, alios ſtuporem immittere, alios ſomnum. fontem hunc hanc ego uim habere ſum expertus, vt ex bruto efficiat hominẽ, ex perdito & nequã frugi, ex homine angelũ. Eu. Poſſem ne & ego ex eodẽ fonte aliqd vel extremis labris delibare? Gry. Quidni poſſis? domum tibi, vbi habitet, commonſtrabo. Bud. Iſtuc quidem aliàs. tu verò inter deambulandũ (aut aſsideamus ſi lubet) aliquot mihi refer ex illius præceptionibus, quas optimas eſſe & potiſſimas cenſeas. Gr. Equidem recenſebo lubens, quum vt tibi gratificer, & proſim, ſi queã: tũ ad meam recordationem. Primum oĩum docuit me, debere vnumquẽque non magnificè de ſe ſentire, ſed moderatè ſeu verius demiſſè. hoc eſſe optimæ educationis ac veræ comitatis ſolidũ fundamentũ ac propriũ. Hinc nauare operã, vt animũ excolat, atq; exornet cognitione rerũ, ſcientia et exercitamentis uirtutum. alioqui hominem non hoĩem eſſe, ſed pecus. Rebus ſacris intereſſe, cum maxima attentione et reuerentia. Quicquid illhic ſiue audias, ſeu videas exiſtimare magnum, admirabile, diuinũ, et quę captum tuum exuperent. Crebrò te Chriſto commendare precibus, in illo ſpem & fiduciam tuã omnem collocandam. Parentibus obſequentem ſe præbere: inſeruire illis, miniſtrare, & quacunq; ualeat cõmodare, prodeſſe, adiuuare. Magiſtrum colere, ac diligere tanq̃ parentem, non corporis, ſed (qđ amplius eſt) mentis. Sacerdotes Dñi reuereri, illorumque doctrinæ audientem

ſe exhibere: qui referunt nobis perſonã Apoſtolorum, atq; adeò Domini ipſius. Senibus aſſurgendũ, caput nudandum, attẽtè illos auſcultandum, à quibus ob diutinũ vſum rerũ collecta ſit prudẽtia. Magiſtrat' honorare, alijsq; aliquid impetrantibus dicto eſſe audientẽ, quibus cura noſtri à Deo eſt cõmiſſa. Viros magni ingenij, magnæ eruditionis probos, ſuſpicere, admirari, colere, bene illis cupere, & amicitiã illorũ ac familiaritatem expetere, ex qua magni fructus reportentur: & is potiſſimũ, vt ſimiles eorum euadamus. Deniq; ijs qui ſunt in dignitate, deberi reuerẽtiã: idcirco impendendã eſſe liberaliter ac libenter. Quid tu de hiſce præceptis dicis? Bu. Mea quidẽ ſententia deprompta eſſe ex diuite quodã prudentiæ prõptuario. Sed dic mihi, an non ſunt multi ad dignitatẽ euecti homines indigniſſimi, velut ſacerdotes non reſpõdentes tanto titulo, & magiſtratus praui, & ſenes ſtulti ac deliri? quid quæſo de his ſentiebat Flexibulus? an eodem eſſe honore proſequẽdos, quo potiores? Gr. Nõ ignorabat Flexibulus, eſſe tales nõ paucos: ſed nõ cõcedebat ætati noſtræ, aut nos inter eiuſmodi & alios poneremus diſcrimen. Nondum tãtum eſſe nactos nos vel ingenij, vel prudẽtiæ, vt id poſſimus dijudicare. eam Cenſuram & ſapientibus eſſe viris relinquendam, & ijs quibus illorum eſt regimen cõmiſſum. Bu. Rectè hoc quidem, vt videtur. Gr. Addebat non debere adoleſcentẽ in nudando capite lentũ eſſe, non inflectendo genu, non in vnoquoq; honorificè appellãdo, non in comi ſermone, ac moderato. Non decere multũ loqui apud maiores natu, aut ſuperiores. id enim alienũ eſſe à reuerẽtia illis debita: ſed tacitũ illos auſcultare, & ab eis haurire prudentiã, cognitionẽ rerũ variarũ,

rectam

rectam atq; expolitam loquẽdi rationẽ. Breuiſſima eſt ad ſcientiam via, audiendi diligentia. Prudentis et ingenioſi eſſe, de rebus iudicare: vniuſcuiusq;, de eo quod probè nouit. ideoq; negabat ferendum eſſe adoleſcentẽ. ad pronunciandum ac definiendũ procliuem. debere illum in ſtatuendo, aut iudicando, de re quantũcunq; leui ac exigua, eſſe cunctabundum, ſeu potius timidũ, conſcium videlicet ſuæ ignorantiæ. Quòd ſi in iudicio de re qualibet par eſt adoleſcentem eſſe talem: quid fiet de literis, de diſciplinis de legibus patrijs, de ritibus, de moribus atq; inſtitutis maiorum, de quibus non ſolùm ſententiam ferre iuuenẽ, ſed diſputare, aut vocare in quæſtionem ſinebat Flexibulus: non cauillari, nõ rationem repoſcere, ſed tacitè ac modeſtè obtẽperare. qđ dictum Platonis autoritate fulciebat, magni in ſapientia viri. Bu. Quid ſi ſunt leges aut mores praui, iniqui, tyrãnici? Gr. Idem et de hoc Flexibulus diſſerebat, quod ſenibus. Non ignoro equidẽ, aiebat ille, multos eſſe receptos in ciuitate mores parum probabiles, ſanctas eſſe leges, aliquas iniquas. ſed tu imperitus, inexpertus rerum vitæ, quomodo id cenſebis? nondum eò perueniſti eruditione & vſu rerum, vt deo poſſis ſtatuere. fortaſſe quæ tua eſt ignorãtia, vel animi libido, improbas eſſe leges iudicabis, quæ ſint rectiſſimæ, & magno cõſilio ſtatutæ: rurſum verò optimas, quas iuſtum eſſet abrogare, ſine illos de ijs inquirere, diſputare, definire, qui cauſam queunt de ſingulis probabilem reddere: tu id nõ poſſes. Bu. Ita eſt planè. Perge ad alia. Grym. Nullum eſſe decentius aut gratioſius adoleſcenti ornamentum, q̃ verecundiã. Nihil impudentia tetrius aut inuiſius. Magnũ eſſe ætati noſtræ ab ira periculum, ab ea nos ad turpes actiones corripi,

corripi,quarum paulò pòſt grauiſſimè pœniteat. Multũ itaq; eſſe cum illa luctandum, quoad omnino proſternatur,ne nos ipſa proſternat. Otioſus homo, ſaxum:male occupatus,bellua:bene occupatus,verè homo. Homines nihil agendo,malè agere diſcunt. Cibum & potum metiendum naturali deſiderio famis aut ſitis,non guloſitate aut pecunia libidine infarciēdi corporis. Quid poteſt dici tetrius, quàm hominem ea ingerere in ſuum corpus,edendo & bibendo, quæ exuant illum humana conditione,transferant in belluinam,aut etiam in ſtipitem? Compoſitio oris & cuncti corporis,quemadmodum animus ſit intus habitus,loquitur. Sed ex vniuerſa exteriore facie nullum animi ſpeculum aiebat eſſe certius,quàm oculos:ideoque conuenire,illos eſſe ſedatos et quietos,non elatos,nec deiectos,non mobiles,ſed nec rigentes:faciem ipſam non in toruitatem nec ferociam compoſitam,ſed ad hilaritatem atque affabilitatem. Sordes & obſcœnitates abeſſe decet à veſtitu, victu,cõuictu,ſermone. Sermonem noſtrum nec arrogantem ac pauidum,nec viciſſim abiectum,& effœminatũ volebat eſſe: ſimplicem autem, & minimè captioſum, non detortũ ad prauas interpretationes. nam id ſi fiat, nihil erit tutum loqui, & frangitur generoſa loquendi indoles ſtultis ac ineptis cauillis. Manus quũ verba facimus, non iactandas, nõ caput quatiendũ,non criſpandum latus,non uultum corrugandum & diſtorquendũ, non pedes agitãdos. Mẽdacio nihil dicebat eſſe tetrius, nec aliud æquè abominabatur. Intemperãtia facit nos belluas,mendacium diabolos, veritas ſemideos. à Deo natam eſſe veritatem, à diabolo mendacium: nec eſt aliud ad vitæ communionem perinde damnoſum. Mul

tò iu-

tò iuſtius debere ab hominum conſortio pelli mendacē, quàm qui eſt furatus, aut qui aliquem pulſauit, aut qui adulterauit numum. Quę enim eſſe poteſt uel rerum ac negotiorum contractio, vel conſociatio ſermonum, cum eo qui aliud loquitur, aliud ſentit? cum reliquis vitiorum generibus eſſe poteſt aliqua, cum hoc nulla. De ſodalibus & amicitijs adoleſcentum multum ille loquebatur, & accuratè, non exiguum adeſſe momentum ad probitatem aut flagitia noſtræ ætatis: tranſire ad nos amicorum noſtrorum, & ſodalium mores tanquam con tagie: & tales nos ferè fieri, quales ij ſint quibuſcum uerſemur. idcirco eam in rem magnam eſſe diligentiam atque operam nauandam. Nec permittebat nobis, vt ipſi amicitias & familiaritates diligeremus: ſed vt à parentibus, aut magiſtris, aut educatoribus noſtris delectas & traditas acciperemus, & coleremus. illos ratione duci in eligendo, nos autem rapi praua animi aliqua cupiditate, vel libidine. quòd ſi quo caſu in neceſſitudines inciderimus inutiles aut noxias, à ſuperiore au toritate admonitos, abijcere illas quàm primum oportere. Dicebat ille quidem quum alia permulta, magna ſanè atque admirabilia, tum hæc ipſa diffuſius & exactius. Sed hæc erat propemodum de recta adoleſcentiæ educatione ſumma.

PETRVS MOTTA COMPLVTENSIS.

STVDIOSIS LECTORIBVS. S.

POSSVM equidẽ vobis,Lectores optimi,de libris omnibus, quos Ioãnes Lodouicus Viues Hiſpanorum decus cõpoſuit, illud ex animo affirmare, quod apud Ciceronem,Cato,Scipioni, & Lælio ſuadere videt: multas ad res,perutiles eſſe Xenophõtis libros, quos,vt ſtudioſè legant, adhortatur. Verum aliis fortaſſe nõ niſi doctis eruditisq; lectoribus erũt idonei: hic autem vnus colloquiorum libellus eiuſmodi eſt, vt non ſolum Latinę linguæ tyrunculi, ſed qui iandiu in ea exercitati ſunt,maximam inde frugem facere posſint, vt ad Latinè enuntiandum quicquid velint, & doctiores fiant & prõptiores. Non vacat huiuſce rei cauſas rationesq; perſeq: longiorem enim epiſtolã quam pro libelli modo proponere nõ decet.Sed vna illa interim ſatis eſto. Ex aliorũ librorum lectione,velut Terẽtiana atq; Plautina, excerpi quidem elegantiæ fructum quis negat? ſed in eis tamen vitiorũ incitamenta,& morum offendicula ineſſe,quis nõ videt? At in autore noſtro,quid q̃ elegantiæ Latinæ floſculos,quos ex clarisſimis quibuſq; autoribus excerptos in hunc libellũ cõgeſſit,inuenies?tum nihil eſt,quod vel Chriſtum ipſum,vel certè optimos mores,& probã educationem non ſapiat.Vt omittã mirabile illud artificium,quo res vtilisſimas dulcisſimo iucunditatis temperamento cõdiuit: vt puerorum animis non minus iucũda quàm idonea propoſuerit.Ego certè pro virili mea hactenus conatus ſum, vt notos mihi atq; amicos omnes,ad huius libelli lectionem adhortarer. Cum iis verò,qui grammaticã docendi munus obirent, precibus & literis agere non deſtiti, vt eum diſcipulis ſuis exponere vellent,darentq́ue operam, ne pueri eum audirent modò, ſed ediſcerent etiã. Sed hæc agẽti mihi ab amicis aliquot ſignificatum

eſt,

eſt,plerosque Grammaticæ profeſſores,quos ipſi probe noſſent,libelli enarrationem cœpiſſe quidē,ſed in medio tamen itinere ab incepto deſtitiſſe: vt nunquam magis Aſcēſianam operam ſibi deſideratam eſſe dicerent,adeò fuit virile, dum viueret de vulgo literatorum bene meritus. Neq; miror ſanè, cùm apud noſtrates ita ſint exigua docentibus premia conſtituta, tā malè diſcipuli ipſi præceptorum operam compenſent,tantus deniq; huius molæ verſandæ ſit,labor, vt doctisſimus quiſq; Siſyphium hunc lapidem humeris ſuis ſubire dedignetur: multi rurſus parua & tenui eruditionis ſuppellectile,cùm aliunde honeſtiorem(vt ipſi aiunt)quæſtum facere nequeant,magno ſe huic labori accingant. Neq; verò iam ad magiſtrum eligendū quanta quiſq; eruditione ſit præditus,ſed quàm ſit ad laborē tolerandum ferreus, in conſilio haberi ſolet, ad rudimenta enim docenda, vel infimum quenq; ſufficere. Quare operæpretium me facturum eſſe aiebant,ſi dictiones aliquot, præter eas quæ in margine expoſitæ eſſent,vel earum elucidatio non ita facilè ſe offerret,adnotarem. Quod ab eruditisſimis viris in nonnullis autoribus factitatum videmus. Iam quò id libentius facerem,quarundam vocum expoſitiones,ab illis commentas,ne nos eas intelligere viderentur,mihi narrarunt.quæ neſcio vtrum riſum mihi,an ſtomachum potius mouere deberent. Obtemperare igitur, Cum amicorum efflagitationibus,tum communi vtilitati, quamlibet magnis negotiis diſtrictus eſſem, optimum duxi;& ea,quæ vel expoſitu digna,vel ab aliis dubitata cognoſſem,quanta maxima poſſem breuitate,adnotare. Hoc tamen prius candidum Lectorem admonere vellem, me, non oſtentandæ eruditionis(quam aliis fortaſſe ſcriptis exhibere poſſenius) ſed infimæ Grammaticorum plebi conſulendi animo ad has nugas deſcendiſſe. In eorum potisſimum gratiam, qui vel Græcè neſciunt,vel non perinde ſunt eruditi. Qui, ſi multa deſiderauerint, quæ per nos expoſita vellent, ſciant vicisſim, multa nos adnotaſſe, quorum non pœnitere non poterat, Quæ ne meminiſſemus quidem, niſi ab aliis perperam ridiculeque interpretata, pro comperto haberemus. Vale Lector optime, & libellum hunc etiam atque etiam amplectere.

NON-

NONNVLLARVM DICTIONVM INTERPRAETATIO PER SINGVLA COLLOQVIA.

SVRRECTIO MATVTINA. pagina 2.

CInctu Gallico) Quanquã in margine expoſitum 1
eſt quomodo ſe ſolẽt Galli cingere, tñ ſcio aliquos ignorare, qualis ſit hic cingẽdi modus. Aliter enim cinguntur Galli, ac Germani, & Flandri. Germani nanq; partem illã cinguli, quo enſis innectitur, ad genua vſq; demittunt: femora itaq; non illa cingũt, quo facilius enſes illos oblõgos, quos gerunt, diſtringere poſſint. Flãdri aliquanto ſuperius quàm Germani cingunt. Galli verò ferè ad umbilicum cingula geſtant ut antehac Hiſpani, qui iam germanicũ cingendi modum imitari cœperunt.

PRIMA SALVTATIO.

AD brechma) Brechma, tis, ſiue bregma, pars an 1
terior capitis. Sinciput à βρέχω Græcè, qđ eſt pro βρέχω.
luo. hæc. n. pars maximè humida, & tenera eſſe ſolet ꝑcipuè infantibus. Gaza tamẽ aliquoties occiput uertit.

DEDVCTIO AD LVDVM. 3

PHiloponus) penult. breui. i. induſtrius, diligẽs labo 1
ris amicus, aptũ ſanè nomẽ inſtitutori puerorum. φιλόπονος

EVNTES AD LVDVM. 4

HEri fuerunt encænia) ἐγκαίνια ἑορτῆ, καινὴν ἐκαινουργή- 1
θητι, *Encænia, orũ. feſtum vel dedicatio cuiuſcunque rei, aut cùm res, qualiſcunque ſit, innouat, & vſus olim habebat hoc verbum, ſi quis noua tunica indueretur, encæniare diceretur. autor eſt Diuus Auguſtinus, enarrãs illud Ioan. Facta ſunt encænia Hieroſolymis.*

INTERPRETATIO
REFECTIO SCHOLASTICA. 7

1 *AMydum ſimilago) cruciabatur nimiũ ludimagiſter quidã ꝙ, in lexicis nõ inueniret amydũ,ſed amylum:vtrunq; igitur idem eſt. quãquam magis propriè Amylũ,ab α,& μύλη vel μύλος, quaſi ſine mola: cõficitur enim ex tritico, non molis,ſed in aqua ꝑ aliquot dies macerato,et lacte expreſſo,quod flagrãti ſole exiccatur,uulgò amidon.in Bætica tñ Anaxır etiã dicitur, quo mulieres utuntur ad lintheorum dealbationem.de Amydo vide plura per Dioſcoridem lib.2.cap.3 .Similago autem, quæ eadem ſimila dicitur, genus item eſt pultis,olim ex puriſſima farina tritici, nunc eſt tritico ipſo molis paruulis cõtuſo.à Bęticis acemit,à Valẽtinis, apud quos amylũ et ſimilago plurimũ ſunt in uſu,Semola appellaẗ.lege c.44.tertiæ quinquagenę.Ant.Nebr.*

2 *Vel quo cerui cornua).i.vt nuſquã inueniant. ꝓuerbialiter dictũ.Cerui.n.quotãnis cornua depoſituri,loca inuia,et inacceſſa quærũt, quò inuentu ſint difficiliora.*

3 *Intermiſſus) ideſt inter ferculorum immiſſiones:dicitur enim miſſus,vel ludorum,uel ciborum,quoties alijs peractis,aut dimiſſis alij ſuccedunt immiſſio .*

4 *Qui in phrontiſterio ſuo) à φροντίζω Grecè , quod eſt ſtudeo,curo, meditor,inde phrontiſterium, Schola,& quaſi curarum,& exercitationum domus .* φροντιστή ριον.

5 *Seu mimo verius) Qui rem leuiſſimã nimis exaggerat,Tragœdiam ex comœdia facere dicitur prouerbialiter, multo peius facit, qui ex mimo . Eſt enim Mimus, Dramatici carminis genus , multò minus , & breuius quam Comœdia . nec hoc quidem exponerem , niſi aliquos hoc ipſum dubitare vidiſſem.*

6 *Bugloſſa hortenſis) Ideſt,boragine, nã alterã Silueſtrem.*

ſtrē.Hiſpani bouis līguā appellam⁹,ſicut gręci bugloſſā.

Præeat verba) Id eſt dicat,quę nos,eū ſequētēs pro 7
feramus.ſic Liuius primæ decadis,lib.8.Agedū ponti-
fex præi verba, quibus me pro legionibus deuoueā.Ci-
cero tamen, & Plautus verbis & voce præire dicūt.

GARRIENTES. 11

EA eſt colus philoſophia) Id eſt.ſapiētia,ac potius 1
ſuperſtitio muliebris.Eſt enim col⁹ genitiui caſus.

Apud Prætorem capitalē) vulgo Regente, iudi- 2
ce di maleficij,o altro tale che ſententij, o condanni le perſone a morte.

Vehētē canterio) Id eſt,qui vehitur,participiū præ 3
ſentis in paſſiua ſignificatione.Sic T.Liuius lib.2.tertię
Decad.Cn.Lentulus cū præteruehens equo conſulem ui
diſſet vnde nomen verbale vector, ferè paſſiuè etiam.

Decoxit rem) Et cōturbauit rationes,pro eodem ac 4
cipiuntur.Sed abſolutè plerunq;.vulgo al coſe, o per dioſe.*Vnde decoctores,qui rem ſuam perdiderunt,Iu*
uenalis: Sic pedo conturbat, Matho deficit.

Hic murus aheneus eſto) Hæc ſit animi noſtri firma 5
& inuincibilis ſententia,ferreum (vt ita dicam) propo
ſitum prouerbium ab Horatio ſumptum.

Quid tu vatrax? quid tu vatrachomyomachia) βά- 6
τραχος *rana dicitur Græce. Vatrachomyomachia, Rana* βατραχο-μυομαχία
rum & Murum pugna, quam Homerus, vt aiunt, ver
ſibus compoſuit. Hoc autem loco vtrūq; nomen pro con
uitio vſurpatur à pueris garrientibus.

ITER ET EQVVS. 14

MIſippus, &c.) Libuit hoc loco noīa hæc Græca 1
Latinè exponere, ita ſunt apta interloquentiū μίσιππος φίλιππος
pſonis. Miſippus oſor equorū: Philipp⁹ equorū vel equi μισόυσπου
tandi δης.

tandi amicus. Miſoſpudus penult. longa, ignauus & induſtriæ oſor. Planetes, vagus, erro, viator. Sequana fluuius eſt Pariſios interfluens.

πλανή-της.

2 Iubellium Tauream, &c.) Non defuit præceptor quidam, qui cùm horum verborũ ſenſum non intelligeret, cœpit excuſores in ius vocare, ꝙ literã corrupiſſẽt: quare ſic emendandam præcipiebat. Rubellum Taurũ videtis, & qui cum hoc cõgreſſus eſt, aſellum, pugnam neſcio quam inter taurum rubrum, et aſellum, ſuauiter & cum audientium plauſu confingens. Iubellius igitur cognomine Taurea lõgè Campanorũ fortiſſimus eques, Claudium Aſellum ciuem Rom. equeſtri gloria ſibi parem in ſingulari certamen prouocauit. quorum pugnã narrat Liuius in fine ferè tertij libri tertiæ Decadis, apud quem non Aſellam, ſed Aſellum legimus.

3 Succuſſatorem) Equus is ſic graditur, ut ſeſſorẽ concutiat. Succuſſator, & ſuccuſſor, et ſuccuſſarius dicitur.

4 Helcia) Pro loris ſeu capiſtris accipias, licet, Apuleius helcium ſparteum, & teniã ſparteam pro eodẽ poſuit, nẽpe pro eo uinculi vexuſq; genere, quo iumẽta capiſtrata machinas molaſq; trahũt, ab ἕλκω Græcè, quod eſt traho. unde eq, ſeruiq; helciarij, apud Mar. et Sidoniũ.

5 Hyberno puluere &c.) in libro vetuſtiſſimorũ carminum, qui ante omnia, quæ a Latinis ſcripta ſunt, compoſitus ferebatur, inuentum eſt hoc ruſticum vetus canticum. Hyberno puluere, verno luto, grandia farra. Camille metes. vnde Vergil. illud ſumpſit, Hyberno lætiſſima puluere farra. autor eſt Macrob. 5. Saturn.

SCRIPTIO. 17

1 IN adiutorio Antonij Nebr.) Nõ poſſum quãlibet ſpatiorũ anguſtijs premar, dulciſſimi præceptoris mẽtioni,

tioni vel pauliſper non inhærere. Hic eſt ille Aelius Antonius Nebriß. bonarum literarum, & Latinæ linguæ primus apud Hiſpanos aſſertor, omnimoda diſciplinarũ eruditione refertus: qui extremo ferè ſenectæ ſuæ tempore Cõpluti doctiſſimos auditores docens, diem ſuum obiuit: è cuius auditorio plurimi eruditiſſimiq; viri prodierunt, quorũ ſcriptis (vt Socrati contigit) nomen eius æternæ memoriæ mandabitur. Tametſi ex ijs quæ ipſe ſcripta reliquit, morietur nunquam, de cuius laudibus alibi fortaſſe & copioſius, & liberius.

VESTITVS, ET DEAMBVLATIO MATVTINA. 21

IN horologio machinali, & in Gnomone) Machinale horologiũ eſt, quod machinulis ferreis mouetur, 1
pulſuq; malleoli in tintinnabulo hora dignoſcit. Porrò Gnomõ, Gnomonis cremẽto breui, ſtylus eſt ſiue manꝰ, Γνώμον.
horas indicans. Item ferrum prominens in vmbilico linearum aut filum tranſuerſum in ſolari horologiolo, cuius vmbra internoſcuntur horæ. Sunt Gnomones etiam Γνώμονες.
dentes iumẽtorum, ex quibus eorum ætas dignoſcitur.

Periſcelides) Nomẽ hoc pro armillis à nõnullis uſurpatur. hic tñ ut apud alios autores, pro feminalibus ſeu bracchis accipe, autore Hiero. Cælius Rhodiginus adnotat, periſcelides etiã eſſe, quæ vulgò gremialia vocãt.

DOMVS. 24

AΑλεξίκακος) Herculis epitheton, necnõ Apollinis, 1
quo ſignificat in malis adiutor, hoĩum defenſor, ac malorum depulſor. quãto igitur verius cõgruit Chriſto dño, Agno videlicet illi, qui abſtulit peccatũ mũdi?

Οὐδὲν ὁ δεσπότης αὐτὸς) ideſt ne dominus quidem ipſe. 2

Cælifacies ichnographica) Oĩum operum, quæ vel 3

 facienda

faciēda ſunt, vel facta imaginātur, deſcriptio & pictura,in ichnographiam, ortographiā, & ſciographiā di-
ἰχνογραφία. uiditur.Ichnographia, eſt operis deſcriptio,lineis duntaxat in plano poſitis,per quas,ſeu per ueſtigia)hoc.n. ſignificat ἴχνος)ſima & ſuprema imaginamur,vulgo la
ὀρθογραφία. traccia.Orthographia,eſt recta & ſolida operis imago, linei ſurſum erectis, quibus & frontē,& ſuperiora
σκιογραφία. non imaginamur,ſed uidemus.Sciographia,cùm eiuſdē operis umbræ,loca habitacula,tractus tanquā ſuis coloribus pinguntur,vt in ijs, quas mappas mundi appellamus . eſt igitur cæli facies icnographica,lineis duntaxat in plano depicta . Terræ & maris Ortographica, deſcripta in ſolido globo. Noui orbis Sciographica, ſuis locis,fluuijs vrbibus , & trāctibus diſtincta .

4 Cochlides)vulgo ſcale a lumaca, à cochleis, quarum figuram imitantur.

5 Marmoris baſaltis)Baſaltes lapeis eſt, (inquit Plinius)colore & duricie ferri .

6 Hoc alterum membrū eſt hibernū)Membrum pars domus dicitur.Hiſpanè,quando de caſa.Plinius iunior, Adhæret dormitorium membrum . vtuntur voce hac in hoc ſignificato Columella,Vitruuius,Vlpianus.

7 Athlantes et Caryatides)ſunt ſuſtētacula illa,quæ trabibus trāſuerſis in cōtignatione ſupponunt.Athlantes quidem ab Athlante dicti,qui cælum humeris fulcire dictus eſt:quos ad ſimilitudinē,vel hominum,uel variorum animaliū,artifices exculpūt. Caryatides verò, muliebri figura,ſic dictæ à mulieribꝰ, quas græci ex Caria Pelopōnēſi ciuitate captiuas abduxerunt,ꝙ mariti earū cū Perſis cōſenſiſſent.quarū imagines,artifices in Caryotarum ignominiā ſuper columnas,mutulis & co

ronis ſuſtinendis ſuppoſuerũt. Vide Vitruuium. lib. 5.

SCHOLA. 26

TYro, Spudæus) Tyro, iam ab autore paulò ſuperius expoſitum eſt, quis dicatur tyro. Spudæus, induſtrius & ſtudioſus. 1 σπουδαῖος

Ad proletarios & capite cenſos) Proletarij, & capitecenſi Romanis dicebantur, qui cum propter tenuitatem rei familiaris ſumptus militiæ ferre non poſſent, militia immunes erant. Proletarij quidem, quaſi ſufficiendæ proli in vrbe relicti. Capite autem cenſi tenuiores erant qui parũm pecuniæ habẽtes, non pecunia, ſed capite ſuo cenſebantur, inde ad homines abiectæ & infimæ conditionis, duo hæc nomina transferuntur. 2

Capite diminutos) ideſt, infames, & ſine honore, quos uulgus dishonorati, ſuergognati *appellat. Sic nominant iureconſulti eos, qui ex animaduerſione iudicum, honoris damnum fecerunt.* 3

Agonotheta, munerarius) ideſt, q ludos exhibet populo præfectus ludorum, certaminum præſes, & iudex. 4 ἀγωνοθέτης.

Ea eſt epheſtris doctoralis) Epheſtris ueſtis erat exterior, quæ vel armis, vel veſtibus ſuperimponebatur. nunc noſtris doctoribus holoſerica pro inſigni geritur, à collo vſq; ad cubitum portenta, à noſtris Muceta, *aut capirotæ à Pariſienſibus* Chapeton *dicitur.* 5 ἐφεστρίς.

CVBICVLVM ET LVCVBRATIO. 28

SEpaceos) Hac uoce vſus eſt Apuleius, neq; te decipiat literæ permutatio, idẽ.n. eſt ſepum quod ſeuũ. 1

Lychnuchum Candelabrum hoc loco. Solet etiam plerunque pro eo qui lucernam portat, & pro lucerna ipſa ac facula vſurpari. 2 λυχνοῦχον.

Cõcoctione euaporatoria) Peracta illa digeſtiõe, cũ 3

vapores ſtomacho in cerebum exhalantur.

4 *Criſpatio myxi) Myxus, Hiſpanè* mecha, torcida, pauillo.

5 *Elychnium) idem quod myxus.*

6 *Xylineum) Plinius lib.19. Xilinum fruticem eſſe dicit in Aegypti parte ſuperiore, Arabiã verſus naſcẽs, quem aliqui Goſſipium vocant paruulus eſt, ſimilemq́; barbatæ nucis defert fructum. ex quo xilina ligna.*

ἐλλύχνιον ξυλίνιον *quaſi rudicas ligneũ*

7 *Puerũ exceptorem) .i. qui ſcribat quod ego protulerim. qui profert, dictare: qui ſcribit, excipere dicitur.*

8 *Codicẽ excerptoriũ. & regeſta) Plinius Senior, vt ait iunior, nihil legebat, quod non excerperet. Librum igitur albũ, vbi vocabula, ſententiæ, loquendi formulę, & reliqua, quæ optima uidentur, ex autoribus collecta reponuntur, excerptorium appellat. qui autem rerum, & dictionum iudex eſt, ordine abecedario diſtinctus, apud quem autorem, & quoto folio, quæ notata ſunt, inueniatur, regeſtum dicitur, vulgo* regiſtro.

9 *Anaclinterium) Ab* ἀνακλίνομαι *Græcè, quod eſt diſcumbo, indè Anaclinterium, locus vbi interdiu cubatur. Lãpridius in Heliogabalo. vulgò* ſtramazzo o matarazzo. *dicitur etiam ſtibadium. Tranq. in Aug. lectulum lucubratorium vocat.*

ἀνακλιντήριον. ςιβάδιον.

10 *Poſcam plus veſtium) Veſtes non modò ſunt quibus induimur, ſed quibus inter dormiendum tegimur, ſicut Italicè* le coperte, o coltri, o coſe tali.

CVLINA. 30

1 *PYrolabem) nouum vocabulum, ſed accommodum ſatis, & venuſtum, vt quod ex Græco forte cadat a* πῦρ *quod eſt ignis, &* λαμβάνω *capio.*

2 *In chytropode)* χυτρόπους *olla eſt cum pedibus. Sunt*

etiam chytropodes ollarum ſuſtentacula.

Cedo tudiculam.) Hiſpanè, el cazo. quod inſigne eſt 3
coquorum. ſicut fulmen Iouis, & Tridens Neptuni.

In epixenio) ἐπίξυνος, trũcus eſt, in quo coqui carnes 4
ſecant, alij epixenum dicunt. Suidas maſculinè poſuit.

Tyrocneſti) τυροκνήστης, Hiſpanè, rallo, eſt etiam gla 5
diolus militaris.

Ῥαψῳδεῖν) aut ſi mauis, rhapſodizare, eſt carmina pã 6
